This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 493264

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



1S
82
11961

# MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM QUARTUM.

MONACHII 1821.

HS
82
1961

# MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM QUARTUM.

MONACHII 1821.

# PRAEFATIO.

Volumine hoc monumentorum boicorum vigesimo quarto, quod continet, quae supererant de Monasteriis *Ensdorf* et *Castel*, inchoantur monumenta monastica superioris Palatinatus (nempe, ut lingua nostra et ordine alphabetico dicuntur, *Gnadenberg*, *Michelfeld*, *Reichenbach*, *Schönthal*, *Seligenporten*, *Speinshart*, *Walderbach*, *Waldsassen*, *Weiſsenoe*), quae monumenta tum antiquitate, tum pondere et gravitate rerum insignia prorsus et profecto singularia

145790

laria praebent ad illustrandam medii aevi Historiam adiumenta.

Sigilla, hoc volumine occurrentia, ob rerum affinitatem, proximo sequentur. Lector, prudens et intelligens, studiis nostris faveas et valeas!

Dabamus Monachii 1. Martii 1821.

# MONASTERIUM ENSDORF.

# PRAEFATIO.

Locus *Ensdorf*, Vilsae aquae contiguus, ad sinistram eius ripam paulo supra *Rieden* oppidum, tribus autem circiter horis infra *Amberg* urbem fitus, allodium erat *Friderici* nobilis et praedivitis Domini, dicti de *Hopfenohe*, *Lengenfeld* et *Pettendorf etc.*

Qui, cum duas tantum filias *Heilicam* et *Heilwigem*, nullam autem masculam sobolem haberet, Sancto *Ottoni* tunc *Babenbergensi Episcopo*, locum ipsum commisit, ad monasterium illic fundandum, atque tum quibusdam allodiis, tum copiosis quae, a babenbergensi Ecclesia habebat, beneficiis dotandum.

Defuncto autem praedicto *Friderico* anno 1119 die 3. Aprilis *) gener eius *Otto (IV.) (comes Palat. de*

*) Necrolog. Pegav. apud Menken. S. r. g. III. p. 127.

*de Wittelinspach) Heilicae* maritus haeres eius magna ex parte factus, specialibus desuper pactis cum *S. Ottone* Babenberg. Episcopo initis *), propositum soceri *Friderici* executioni mandavit, addens de proprietate sua praedium *Wilenbach*, loco *Ensdorf* adiacens, sibique ex munificentia *Heinrici Regis V. (Imperatoris IV.)* anno 1116. traditum. Constructum est itaque coenobium *Ensdorf* biennii spatio dedicatumque ab ipso *S. Ottone* Episcopo anno 1123. 25. Jul. in honore S. Jacobi maj. Apost. annuente Episcopo Ratisbonensi Hartwico I. accedente etiam auctoritate Summi Pontificis *Calixti II.* 1123. et praedicti imperatoris *Heinrici IV. (V.)*

Traditum et autem monasterium sic fundatum coenobitis Ord. S. Benedicti ex congregatione S. Blasii in silva nigra adscitis, ad cuius consuetudinem accessit vicinum parthenion aliquot inclusarum virginum, eiusdem abbatis regimini, usquedum cessaret 1314, subditum.

Pri-

*) Mon. Boic. XIII. p. 159. et Monum. Michelfeld. nondum edita.

Primam plantationem fovére inprimis *Otto S.* praesul, quoad vixit († 1139), tum etiam *Otto (IV.)* com. Palatinus († 1155) eiusque conjux *Heilica* Palatina († 1170) horumque filius *Fridericus* com. palat. (1180), qui templi chorique, nec non et claustri structuram magnificentiorem exëitavit, quam Frater eius *Conradus III. Salisburgensis Archiepiscopus*, consecravit.

Primaeva itaque monasterii huius monumenta, quod vel ex dictis patet, domus palatinae Wittelsbacensis, nunc gloriosissime regnantis, res antiquissimas egregie illustrant, insuper notitias non vulgares omni patriae antiquitati, historicae atque geographicae, subministrant.

Quamvis autem monasterii huius nunc extincti (1803) historiam abunde tractaverit, *Abbas Anselmus Meiler*, in libro, cui nomen additum: „*Mundimiraculum* seu S. Otto monasterii Ensdorfensis praecipuus dotator Ambergae 1730. 4°“: nihilominus acta maioris momenti, quae ille partim omisit, partim decurtavit, integra sinceraque hic reddere necesse fuit.

---

# Series Abbatum in Ensdorf.

| | *incepit* | *desiit* |
|---|---|---|
| 1. Walchunus ex mon. S. Blasii | 1123 — | 1136 resign. |
| 2. Dietwinus ex mon. S. Mich. Bamberg. | 1136 — | 1144 resign. |
| 3. Hertnidus ex mon. Biburch. | 1144 — | 1155 † ante 4. Aug. |
| 4. Helmricus ex congreg. Ensd. | 1155 — | 1170 † 30. April. |
| 5. Botho ex congregat. | 1170 — | 1202 † |
| 6. Albero ex congregat. | 1202 — | 1202 † |
| 7. Rudigerus. I. ex congreg. | 1202 — | 1215 † |
| 8. Gotboldus ex congreg. | 1215 — | 1229 † |
| 9. Conradus I. ex congreg. | 1229 — | 1255 † |
| 10. Heroldus | 1255 — | 1272. dein Abbas Castellens. |
| 11. Alhardus alias Arnoldus ex monast. Prufyngen | 1272. 22. Jul. | 1275. resign. 10. Mart. |
| 12. Gerungus ex congreg. | 1275 — | 1284 depos. |
| 13. Rudigerus II. ex mon. S. Emmer. | 1284. 24. Maij. | 1284. † 2. Jun. |
| 14. Eberhardus | 1284 — | 1289 † ante 7. Jan. |
| 15. Liebhardus ex congreg. | 1289 — | 1293 resign. |
| 16. Engelmarus ex mon. Altach. | 1293. 4. Jul. | 1294 † |
| 17. Meinhardus ex congreg. | 1294 — | 1304 † |
| 18. Wernherus ex mon. Münchmünster | 1304 — | 1308 † |
| 19. Fridericus I. de Allerspurch ex congreg. | 1308 — | 1310 resign. |
| 20. Albertus I. de Hertenstein ex mon. S. Emmer. | 1310 — | 1333 resign. |
| 21. Ulricus I. de Allerspurch ex congreg. | 1333 — | 1334 † |
| 22. Ulricus II. Emmhover (von Ennichhofen) ex congr. | 1334 — | 1368 resign. |
| 23. Fridericus II. Zantner ex congr. | 1368. 4. Dec. | 1394 † |
| 24. Ulricus III. Zantner. | 1394 — | 1396 resign. |
| 25. Wilhelmus Rornsteter | 1397 [illegible] | 1413. depos. post 23. April. |
| 26. Conradus II. Schöss ex monast. Castell. | 1413. ante 29. Jun. | 1425. † post. 11. Nov. |
| 27. Ludovicus ex monast. Castell. | 1425 — | 1441 resign. |
| 28. Paulus Kelner ex congreg. | 1441 — | 1445 † |

| | *incepit.* | | *desiit.* | |
|---|---|---|---|---|
| 29. Hermannus Holvelder ex congreg. | 1445. | — | 1468. | † 12. Jul. |
| 30. Albertus II. Dratschmid ex congreg. | 1468. | 23. Jul. | 1472 | † |
| 31. Johannes I. Jordan | 1472. | ante. 19. Apr. | 1494. | resign. 29. Oct. |
| 32. Johannes II. Hausner ex mon. S. Emmeram. | 1494. | 22. Nov. | 1503. | † initio anni. |
| 33. Fridericus III. Prentell | 1503 | — | 1520. | † 25. Nov. |
| 34. Sebastianus Sintersperger | 1521. | 18. Febr. | 1525. | depos. resign 15. Maij. † 1530. |

*Sequntur Administratores monasterii regulares quidem attamen a Dominis Electoribus tanquam loci Advocatis promoti et amoti.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 35. Quirinus a Gich ex monast. Michelfeld | 1525 | — | 1529. | factus, dein Abbas Michelfeld. |
| 36. Johannes Pircker a multis annis Prior congregat. | 1530 | — | 1532 | |
| 37. Stephanus Treutlinger | 1533 | — | 1537. | factus Abbas Reichenbach. |
| 38. Sixtus Nicloss | 1537 | — | 1538 | |
| 39. Fridericus Franck | 1538 | — | 1541 | |
| 40. Wolfgangus Fabri | 1542 | — | 1544 | |
| 41. Fridericus Franck iterum | 1545 | — | 1549. | † 21. Febr. |
| 42. Bartholomaeus Hirner | 1550 | — | 1552 | |
| 43. Balthasar | 1553 | — | 1554 | |

*Hos in administratione monasterii excipiunt iudices Hofmarchiales, quos nunquam ceu veros administratores agnitos fuisse vel ex eo patet, quia Feuda monasterii conferre amplius non poterant.* 1554 — 1669

| | incepit. | desiit. |
|---|---|---|
| *Facta cuique Ordini religioso monasteriorum superioris Palatinatus restitutione hunc locum administrant abbates Priflingenses, quorum nomina.* | | |
| 44. Romanus Schneid | 1669 — | 1677 † |
| 45. Dionysius Jerg | 1677 — | 1684 † |
| 46. Bernardus Degl | 1684. 13. Nov. | 1693. † 22. Nov. |
| 47. Otto Kraft | 1693 — | 1695 |

*Succedunt demum proprii monasterii huius abbates.*

| | | |
|---|---|---|
| 48. Bonaventura Oberhueber ex monast. Tegernseens. | 1695. sept. | 1716 |
| * Ab an. 1699. 2. Jun. factus Abbas Reichenbacensis administrationem retinuit monasterii Ensdorf. | | |
| 49. Anselmus I. Meiller ex mon. Reichenbach. | 1716. 1. Oct. | 1761. † 18. sept. |
| 50. Anselmus II. Desing ex gremio Ensdorf | 1761. 4. Nov. | 1772. † 17. Dec. |
| 51. Diepoldus Ziegler ex monast. Reichenbach | 1773. 18. Jan. | 1801. † 21. Nov. |

## *Num. I. Heinricus IV. (V) Imperator, Ottoni de Witilinesbac allodium Wilenbac situm in comitatu Ottonis de Horeburc in proprietatem tradit anno* 1116. *Meiller p.* 275.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente Clementia quartus Romanorum imperator augustus. Si dignis petitionibus fidelium noſtrorum adquieuerimus, ſi beneficiis eos frequenter ſublimauerimus, pro certo ſcimus, quia ſemper illos deuotiores habebimus, et tranquiliori ſtatu curſum uite ducere poterimus. Quapropter omnibus chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris quam preſentibus notum fieri uolumus, qualiter nos *Ottoni de Witilineſbac* noſtro fideli, qui nobis digne et laudabiliter ſeruiuit, conſilio et hortatu principum noſtrorum *Herimanni* auguſtenſis epiſcopi, *Udelrici* Eiſtetensis episcopi, *Tibaldi* marchionis, *Engelberti* marchionis, *Berengarii* comitis, *Sigebodonis* comitis, aliorumque fidelium nostrorum quoddam allodium *Wilenbac* nuncupatum ſitum in *Comitatu Ottonis de Horeburc* in proprietatem dedimus, et libere tenere atque poſſidere conceſſimus, cum omnibus appendiciis ſuis, uidelicet villis mancipiis utriusque ſexus, pratis, paſcuis, campis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumue decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, uiis ac inuiis, adquiſitis et adquirendis cum omni utilitate, que inde exire uel prouenire poteſt. In hac igitur noſtra largitione ſiue conceſſione ſtatuimus, ſtatuendo noſtra imperiali auctoritate, ſancimus, ut nullus deinceps archiepiſcopus, epiſcopus, dux, marchio, Comes, ſeu aliqua regni nostri magna paruaque perſona praedictum *Ottonem* de supra ſcripto allodio audeat inquietare, moleſtare, uel diſueſtire. Siquis uero, quod non opinamur, contra hoc noſtrum decretum aliquo temerario

auſu ire temptauerit, auri optimi libras centum componat, medietatem ſcriniis noſtris et medietatem praelibato Ottoni. Quod ut uerius credatur, et ab omnibus inuiolatum permaneat, hanc Cartam inde ſcriptam et manu propria corroboratam impreſſione nostri Sigilli iuſſimus inſigniri.

Signum domni Heinrici quarti romanorum imperatoris inuictiſſimi.



Bruno cancellarius recognovit.

data Cal. Nouemb Indict. VIIII anno dnice incarn. Millimo CXVI. Regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno XII. imperante VII. Actum eſt Rudesheim in Xpo feliciter A M e n.

## *Num. II. Bulla Calixti II. Papae, monasterium in Entisdorf, aliasque Ecclesias ab Ottone Bambergensi antistite constructas in ſpecialem protectionem recipientis.* (1123.*)

CALIXTUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI UENERABILI FRATRI OTTONI BABENBERGENSI EPISCOPO. SALU-

*) Miraculum Mundi p. 277. et Ufferman Epatus Bamberg. Cod. p. 71.

LUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. Bonis fratrum noſtrorum ſtudiiſ non ſolum fauere, ſed ad ea ipſorum etiam debemus animoſ incitare. Tuiſ igitur Kariſſime et venerabilis frater *Otto* babenbergenſis epiſcope supplicationibus inclinati monaſteria Sancti Johannis baptiſte in *Regniſtorf.* Sancti Johannis euangeliſte in *Michelinuelt.* Sancti Jacobi in *Entiſtorf.* Sancti Laurentii martiriſ in *Vrouua.* Sancti Georgii in *Bruuiningin.* que ipſe propriiſ ſumptibus conſtruxiſti. et babenbergenſi eccleſie conferens. apoſtolice ſedis roborarj munimine queſiuiſti. in beati Petri eiusque Romane eccleſie, protectionem ſuſcipimus. contra prauorum hominum nequitiam defenſanda. Statuimuſ enim. ut poſſeſſioneſ. predia. et bona omnia. que et fraternitaſ tua eiſdem monaſterijſ diuini amoriſ intuitu contulit. queque aliorum fidelium iuſta oblatione conceſſa ſunt. aut in futurum iuſte legaliterue acquiri uel offerri contigerit. firma eiſ et illibata domino auctore permaneant. Ordinationeſ ſane abbatum. uel monachorum ſuorum a catholiciſ episcopis dioceſanis accipiant. Rerum uero ipſorum monaſteriorum curam et adminiſtrationem in tua tuorumque ſucceſſorum poteſtate manere cenſemus. Nulli itaque hominum facultaſ ſit eadem monaſteria temere perturbare. aut eorum poſſeſſiones auferre. uel ablataſ retinere. minuere. uel temerarijſ uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione et gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſcienſ contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertjoue commonita ſi non ſatiſſactjone congrua emendauerit. poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine. diſtricte, ultioni ſubiaceat. Cunctiſ autem eiſdem monaſterijs iuſta ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti . . . quatenus et hic fructum bone actioniſ percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia eterne paciſ inueniant.

Scriptum per manum *Gervaſij* ſcriniarii Regionarii et Notarii ſacri palatji.




Ego calixtuſ catholice eccleſie epiſcopus



Datum Laterani Per manum. HVgoniſ Sancte Romane, eccleſie ſubdiaconi. IIIIº, Non. Aprilis. Indictione. 1ª. Incarnationis dominice Anno. Mº. Cº. XXIIIº. Pontificatus autem domini CALIXTI. Secundi P. P. Anno Vᵗᵒ.

(Bulla plumbea periit.)

## *Num. III. Razo de Ebermansdorf miles Ecclesiam in villa ſua dicta Hegling (prope Amberg) constructam Monasterio in Ensdorf appropriat.* 1123. *(Ex Codice vetusto Vol. I. f. 37.)*

Agnitum eſse volumus katholice fidei profeſsoribus tam futuris quam preſentibus quod ego *ratzo* de *ebermanſsdorff* officio miles eccleſiam conſtruxi in predio meo in villa que dicitur *hegling*. Que a venerabili *Ottone* Sancte babebergenſis eccleſie epiſcopo, domino *Hainrico* Ratisponenſi preſule nec non toto choro annuente in jus et proprietatem cenobij que eſt *Enſsdorff* permanum delegatoris *Gehardi lantgrauij* de *leuttenberg* legaliter transfudi ea videlicet condicione ut nullus parochianorum quidquam ſibi juris ex eadem vendicet ecclesia. Et queque divine legis

legis ſacra id eſt baptiſmum et ſepulturam et alia eccleſiaſtica iura familia mea in predicta villa ab ecclesia que eſt enſsdorff in honore Sancti Jacobi fundata legittime ſemper obtineant. Huius inſtitutionis teſtes exiſtunt *Altmanus* prepoſitus Ratisponenſis. *Conradus* canonicus babebergenſis et *ſridericus palatinus. Marquardus lantgrauius. hertnit de teuren, wirnt* de *Wolſhringen et filij ejus, wirnt et Conradus, hermanus* de *ſchmidgaden wicknant* de *haſepach. Otto dyetrich Rutlant* de *lengenſelt* et alii quam plures ut ſiqua iudicialis ſiue qualiſcunque perſona hec infringere nititur in maledictione ſancti Jacobi permaneat uſque dum tali reſipiſcat amen.

Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis milleſimo centeſimo viceſimo tercio vj kalendarum maij.

## *Num IV. Hageno miles Ecclesiam in villa sua Tanheim (Thonheim prope Ensdorf) monasterio in Ensdorf appropriat. Circa* 1133. *M. M. p.* 258.*) Laceratum Exemplar ex Razonis de Ebermansdorf litterarum simili formula (vid. num. III.) restitutum.*

Agnitum eſſe uolumus catholice fidei profeſſoribus tam poſt futuris quam preſentibus. Qualiter ego *Hageno* officio miles eccleſiam conſtruxi in predio meo in uilla que dicitur *Tanheim* quam etiam ipſa die qua á venerabili Ottone ſancte babenbergenſis eccleſie epiſcopo domino *Heinrico Ratisponenſi preſule* annuente (consecrata est?) in ius et proprietatem cenobii quod eſt in *endiſtorf* per manum delegatoris mei *Gebehardi de ebermundſtor* legaliter transfudi. ea videlicet conditione. ut nullus parochianorum quicquam ſibi iuris ex eadem vendicet eccleſia. Acta ſunt hec prefato pontifice *Ottone* preſente. nec non *Altmano Ratisponenſi* Eccleſie *prepoſito* aſſiſtente et ex uerbis domini ſui epiſcopi hoc ordinante ut quęque diuine legis ſacramenta id eſt baptiſmum et ſepulturam (*habitantes ibidem adminiſtrandum?*) pauci homines ac eccleſia que eſt *endſtorf* in honore

re ſancti Jacobi apoſtoli fundatà legitime ſemper obtineant. Huius inſtitutionis teſtes exiſtunt. *Routprech de bochesberch. Wirind de Wolſheringen.* et filii eius. *Chuonrad canonicus* babenbergenſis et frater eius *Hereman de ... Harinth de Tuwern. Friderich de Oudelſcalchesperc. Wikker et Eberhart de lapide. Wolſher de ilmincho ... Heriman de hegilingen. Otto de affaltert. Peringer. Dietrich. Rutlant de lenginuelt, et alii* plures. ut ſi qua judicialis ſive qualiscumque perſona infringere nititur. in maledictione ſancti Jacobi permaneat. usque dum tali violentia reſipiſcat. Amen.

## *Num. V. Otto Babenbergensis Episcopus et Otto Comes Palatinus Monasterio in Enzisdorf potestatem eligendi Abbatem concedunt*, 1124.

C. In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam praeſentibus. qua *conditione* et priuilegio *Otto* babinbergenſis octavus epiſcopus et *Otto palatinus comes* monaſterium *enzisdorf* ad honorem dei omnipotentis conſtruxerint et dedicauerint, uidelicet, ut eadem *aeccleſia* mortuo abbate liberam poteſtatem habeat canonice eligendi ſibi abbatem, primo de eadem cella ſi quidem in ea idoneus quisquam inueniatur. Sin autem electione fratrum ſanioris conſilii et alio cenobio aſſumatur. Ille vero ſic canonice electus abbas ueniat ad dominum babinbergenſem epiſcopum et ab eo canonice accipiat baculum Quod ſi dominus epiſcopus per aliquam ſiniſtram occaſionem ei fratribusque ſuis contrarius fuerit. liberam habeat poteſtatem redeundi ad cellam ſuam *et conſilio fratrum ſuorum à ratisponenſi epiſcopo romanae aeccleſiae obedienti conſecretur. Ex eadem quoque cella per ſingulos annos pro ſigno obedientiae et ſubiectionis corporale perſoluatur aeccleſiae babinbergenſi.* 1) Eadem quoque aeccleſia ſemper permaneat in defenſione et aduocatia palatini Comitis *Ottonis* et heredum ſuorum hac conditione ut nunquam ibi placitum habeat. niſi pro fratrum utilitate ab abbate inuitatus fuerit: et tunc modium tritici tantum et caetera ad hoc pertinentia in caritate ad ſeruicium accipiat. Quod ſi aduoca-

tus

tus per tirannidem ſuam predicto cenobio aliquam forte fecerit iniuriam ſpirituali gladio ac epiſcopo defendatur: Et ut hoc priuilegium ſtabile et inconuulſum perpetualiter permaneat ego *Heinricus* huius nominis quintus dei gratia romanorum imperator ſigilli noſtri impreſſione firmamus et corroboramus in nomine domini AMEN.

Acta ſunt haec anno dni milleſimo centeſimo X°X°-iiii. Indict^m xiii, in curia bauenberch vii Kl. Mai feliciter A^M.

Signum heinrici quarti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.



Philippus Cancellarius uice Adelberti Moguntini Archicancellarii recognoui.

1) Non leguntur haec in tranſſumto: Miraculum Mundi p. 255.

## *Num. VI. Otto Episcopus Babenbergensis in loco Ensdorf iuxta Vilsam, per Comitem Palatinum Ottonem Ecclesiae Babenbergensi mancipato, monasterium in honorem S. Jacobi construens, eidem praedia plurima delegat.* 1139. *(Meiler p. 267.)*

In Nomine ſancte et indiuiduae Trinitatis ego *Otto* ſanctae Babenbergenſis eccleſiae octavus epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus.

bus. Qvotiens in ſpem diuinae retributionis animam intendimus. in omne opus bonum paratas ac promptas deuotae Intentionis manus extendimus. ut quia dei operarii ſumus á uinea domini foris otioſi non ſtemus. Vt autem ex ea perfecti laboris denarium reportemus, ſi qua forte quae ad decorem domus dei vel ad utilitatem deo famulantium conueniant egerimus. ut quieta in poſterum et rata permaneant procurare debemus. Quapropter notum eſſe cupimus omnibus chriſti fidelibus tam futuris quam praeſentibus qualiter nos domino cooperante in id ipſum in epiſcopio ratisponenſi *iuxta vilſam* in praedio palatini *comitis Ottonis de Witelinesbahc* ipſius rogatu conſenſu. auxilio, et conſilio locum cui *ensdorf* nomen eſt inditum in ſaluationem animarum prouidimus eligendum. conſtruentes ibidem in honorem dei omnipotentis et ſancti Iacobi apoſtoli monaſterium monachorum ſecundum regulam beati Benedicti degentium in perpetuum fauente dei miſericordia inibiſuturorum. Vt autem id firmius et ſtabilius eſſe poſſet, praedictus *Otto palatinus* noſtro conſilio eundem locum beato Petro apoſtolo in babenbergenſi eccleſia mancipauit. ea intentione et pactione ut ſub tantae eccleſiae mundiburdio ac defenſione ab omni aduerſariorum iniuſta leſione protegi poſſit et defendi. Et reuera prudenti conſilio id fecimus primum propter ſpem uitae aeternae ob remiſſionem peccatorum ob ſalutem corporum et ſempiternam requiem animarum. ob cottidianam noſtri memoriam et noſtrorum omnium parentum. ac propinquorum. ſimulque uniuerſorum ad curam noſtram pertinentium. ob memoriam quoque regum epiſcoporum ac principum et omnium praedictae cellae ſtatum et honorem diligentium. et defendentium. atque omnium prorſus Chriſti fidelium. ac praeterea ut cunctis Chriſti pauperibus prout poſſe ſuberit beneficum illic patefiat receptaculum. Notificamus igitur noſtris cunctisque fidelibus quod eidem coenobio quedam praedia delegauimus per manum aduocati praedicti ſcilicet Ottonis, cum omni iure baioiarici ritus. et ſeruis Chriſti ibidem degentibus in uictum ueſtitumque conceſſimus. Sunt igitur haec. Gigant. Wunemars. Gemundi. Leſan. Streſenhouen. Droſchenrout. Mouledorf. Popenrout. Molendinum potenſteine. Wiheſteine. Fridrichesrout. Haſelaha.

Schupphe.

Schuppho. Chunesbahc. Stetebahc. Bschenbahc. Erlebah. Sugast. Gotesfrides. Moule. Stadele. Chrandorf. Steinenla. Molendinum erlebahc. Jacobesrout cum molendino. Novum molendinum. Pratum cum novalibus iuxta iacobesrout. In nemore nitenowe XXV. manſos. Rechart. turne. in eodem praedio iiii Molendina. Meſſenberge cum molendino. Eichaha. Hage. Sicenhouen. Druschingen. houeſtetin. Vffeim. Babenhouen. iſta vero praedia palatinus praedictus eidem cenobio contradidit. Praedium in quo loçus ipſe fundatus eſt cum adiacenti curia Wilinbahc. Berengozesrout cum uineis. Helvelinc. Oudelſcalchesberc. Haec inquam cum aliis omnibus quae eidem cenobio fidelium noſtrorum omnium uidelicet canonicorum et miniſterialium noſtrae babenbergenſis eccleſiae conſilio et collaudatione contulimus. praeſenti noſtrae auctoritatis decreto et Sigilli noſtri impreſſione confirmamus. atque omnibus ibidem in nomine domini congregatis. perpetuis temporibus quieta et integra permanere decernimus. Igitur inuocata omnipotentiſſima divinae maieſtatis praeſentia et illius tremendi examinis terribili ſententia. obteſtata omnium bonorum fide. omnium prophanorum ingenioſa machinatione improbata. dictande quoque noſtro pontificali decreto. ſit locus ipſe cum inſtitutis diuinae legis et religionis ſuae propoſito. ſeu omnibus eodem pertinentibus quibuscumque collatis. ſeu conferendis praediis. allodiis. novalibus. ſiluis. campis. montibus. ualibus. aquis terraque perpetua ſtabilitate munitus. inuiolata pace quietus. deo liber. et in ſua ſemper tranquillitate ſecurus. ne qua poteſtas ſeu cuiusquam peruerſa voluntas domum vel ſeruos dei quolibetmodo iniuriare praeſumat. ſicut noſtro interuentu in initio apoſtolica et regia auctoritate ſancitum eſt. Siquis ergo in craſtinum eccleſiae ipſius inuaſor extiterit. ſiue huius teſtamenti decreta traditionesque infringere uel annullare temptauerit. tercio admonitus ſi non reſipuerit deleatur de libro uiuentium et cum iuſtis non ſcribatur. banno noſtro in perpetuum obnoxius teneatur. á Corpore et ſanquine domini et ab omnium fidelium Communione ſeparetur. et cum his portionem accipiat, quorum vermis non moritur et ignis non extinquitur. Qui uero pius adiutor eſſe elegerit. in ſorte omnium electorum heres dei et coheres chriſti in die domini inter be-

nedictos cum gloria veniat coronandus, amen. amen. amen. anno incarnationis domini milleſimo centeſimo XXX. viiii indictione ii. Acta ſunt haec anno Konradi iii. regiſ. ſecundo Epiſcopatus vero domini ottonis XXX. ſecundo Babenbergae feliciter amen. Amyn! A!

(Sigillum illaesum.)

## *Explicationes locorum, in praecedenti diplomati occurrentium.*

1) I. *Gigant.* II. *Geigant* 1319. *Geigants* und *Geigantz* 1372. 1373. 1375. 1380. *Geygantz* 1319. 1405. c. 1440. *Geigant* D. Landgr. Forchheim mit gröſstentheils nürnbergiſchen Unterthanen, 1 kl. Meile von Forchheim in der Pfarre Kerschbach 1 St.

2) I. *Wunemars.* II. *Wunemars* 1150. Wumär 1319. Bumar 1319. 1367. 1379. c. 1440. Vumar 1380 Wumar 1405.
*Pomer*, *Bomers* oder *Pommern* D. bey Forchheim Ldgr. Forchheim.

* Die *Vogtey* Wumar und Gigant war 1319. Leuchtenberg. Lehen, das die *Schollen* inne hatten. Beyde Ortschaften sammt Zehenten und Zinsen wurden 1405. einem *Neydimg*, Bürger zu Nürnberg, auf Leibgeding vom Kloster überlassen, endlich aber verkauft ums J. 1440. Um das Kapital hatte Abt Paul in den JJ. 1444 sq. Kimerspruck, den Sitz bey Amberg, zum Kloster erkauft.

3) I. *Gemundi.* II. *Gemunde* c. 1140.

4) I. *Leſan.* II. Leſan.
*Letten*, D. Landgr. Gräfenberg in der Pfr. Stökach ¼ St.

5) I. *Streſenhoven.* II. *Streſſenhoven* c. 1140. *Stresenhof* zunächst bey Pottenstein im Bambergischen und in dieser Pfr. ¼ St. davon.

6) *Droſchenrout.* II. *Droſkenrewte* und Drofkenreut c. 1150. c. 1160. *Droſchenreut* 1309. 1421. 1500.
*Troschenreut*, D. im Ldgr. Eschenbach, eine Pfarr und Edelsitz.

7)

7) I. *Mouledorf*. II. Muledorf und Muldorf c. 1150. Müldorf 1309. 1421. Müldorf im Landgericht Auerbach 1500.

*Mühldorf*, D. Landgr. Eschenbach in der Pfr. Troschenreut ½ St. davon.

* In beyden Ortschaften Troschenreut und Mühldorf hatte das Kloster einige ihm mit Vogtey und Zinsen angehörige Güter. Sie wurden 1309. zuerst auf Lebenslang, dann 1421. und ferner ohne Einschränkung den Edelleuten zu Zogenreut vom Kloster zu Lehen verliehen.

8) I. *Popenrout*. II. Popenrewte und Poppenrewte c. 1150.

9) I. *Potenſteine* molendinum. II. molendinum in villa *Potenſteine* c. 1140.

*Bottenstein*, *Bodenstein* oder *Pottenstein*, die Bamberg. Stadt mit Schloſs und Amt, wo eine Mühle nach Ensdorf zinsete.

* Die vier Ortschaften: 3. 4. 5. und 9, Gmünd, Letten, Streselhof und Pottenstein mit ihren Reichnissen wurden schon 1140—1146. an das Hochstift Bamberg überlassen, von dem das Kloster andere Besitzungen zunächst um Amberg, nämlich in Weigershof und Krumpach, erhalten hat.

10) I. *Wineſteine*. II. *Wihſteine* c. 1150.

*Wichsenstein*, D. im Ldgr. Pottenstein. Ist eine Pfarr.

11) I. *Friderichesrout*. II. Friderichesrewte und Friderikesrewte 1139 und c. 1150.

Lag bey Hopfenoh und hat sich verlohren.

* Auch das Kloster Michelfeld hatte Güter aus diesem Orte zu seiner Stiftung und zwar aus der Verlassenschaft des Friedrich von Hopfenoh, ersten Begründer des Kl. Ensdorf, erhalten. Der heil. Bischof Otto trug die dasigen Besitzungen des Kl. Ensdorf kurz vor seinem Tode einem Ministerialen des Grafen Gebhard von Sulzbach, dem Gelfrad von Creusen, zu Lehen auf, und so kamen sie vom Kloster weg.

12) I. Haſelaha. II. *Haſelahe* und *Haſela* c. 1150.

Ober- und Unter-*Haſslach* bey Reicheneck im Ldgr. Herrschbruck.

13) I. *Schupphe*. II. Scupphe c. 1150.

*Schupf* bey Herrschbruck gegen Altdorf, Ldgr. Herrschbr.

14) I. chouneſbac. II. Chuneſbach c. 1150.

Heinſpach im Landgr. Hersbruck.

15) I. *Stetebahe*. II. Stetebach und Stenbach c. 1150.

*Stettbach*, auch *Stättbach* Landgr. Herrschbruck, 2 St. davon gegen Velden.

16) I. *Eſchenbahe.* II. *Eſkenbach* 1150.
*Eschenbach*, D. Landgr. Herrschbruck, 1 St. davon mit einer Pfarrk. und Schloſs.
* Die Besitzungen in den 5 Ortschaften Hafslach, Schupf, Keinspach, Stättbach und Eschenbach sind nicht lange beym Kloster geblieben. Wie sie aber davon weggekommen sind, wird nirgends angezeigt.

17) I. *Erlebahe.* II. Erlebach c. 1150. Erlbach 1229. 1414. 1415. 1416. 1421. 1485. 1500. 1522. 1551. 1560. Erlpach in Pappenberger Pfarr 1423. 1463. 1478. 1500. Irelpach in Pappenberger Pfarr 1480. 1611. 1629. 1636. 1650.
*Erlbach*, D. Landgr. Eschenbach in der Pfarr Pappenberg, Diöc. Regensburg.
* In diesem Dorfe besafs das Kl. nebst dem Zehent auch die Mühle mit 2 Weyhern, dann 6 Güter und 2 Höfe mit Zins und Gilt. Seit dem Anfange des 15ten Jahrh. besitzt alles dieses die Hofmark zum Leutzenhof als Kl. Ensdorfisches Lehen.

18) I. *Sugaſt.* II. *Sugaſt* c. 1150 1156.
*Seygaſt*, D. Landgr. Amberg im ehemahlichen Amte Vilseck in der Pfarr Schönbrunn, $\frac{1}{4}$ St. davon.

19) I. *Gotfrides.* II. *Gotfrides* 1156.
Wahrscheinlich *Freyhung* oder *Freyung* Ldgr. Neustadt in der Pfarr Kaltenbrunn.

20) I. *Moule.* II. Muele und Mule.
Wahrscheinlich *Mülles* Landgr. Amberg in der Pfarr Schlicht.
* In der Stiftungs-Urkunde 1139. ist so leicht nicht zu errathen, ob Gotfriedes moule ein Ort oder zwey Oerter sey. Dafs zwey Oerter müssen verstanden werden, ergiebt sich aus dem Codex traditionum sehr deutlich.

21) I. *Stadele.* II. *Stadele* c. 1156.
Vielleicht *Rödlas* Ldgr. Amberg in der Pfr. Hirschau.
* Die vorhergehenden 4 Ortschaften Seygast, Gotfrides, Moule und Stadele sind in den JJ. 1157. vom Kloster verkauft worden; Mule an einen Adelichen von Buchberg bey einer grofsen Hungersnoth 1157, die andern drey an den Bischof von Bamberg 1156, wofür das Kloster ein näheres und beträchtlicheres Gut

*Reu-*

*Rewtarn*, jezt Ruiding in der Pfr. Ensdorf mit baarem Gelde erworben hat.

22) I. *Chrandorf*. II. *Crondorf* c. 1150. 1446. *Chrondorf* 1282. 1415. 1497. 1505. 1507, fq. *Krondorf* 1454. 1803.
*Krondorf*, D. Landgr. Amberg in der Pfarr Gebenbach, ½ St. davon gegen Hirschau.

* Das Kl. besaſs bis zu lezt Zehend und Zinse aus diesem Dorfe.

23) I. *Steinenla*. II. *Stainingloe* 1363. Stayningloe 1446. 1496. 1803.
Steiningloe, D. Landgr. Amberg in der Pfr. Poppenricht ½ St. davon.

24) I. *Erlebahc* molendinum. II. *Erlebach* molendinum c. 1150. *Irlpach* 1408. *Erlbach* der Hamer 1434.
*Irlbach* der Hammer 1451. 1483. 1600. 1615. 1641. 1650. *Irlbach Mül.* 1727. 1803.
*Irlbach* E. Ldgr. Amberg in der Pfarr Hahnbach.

25) I. *Iacobesrout*. cum molendino. II. *Jacobesrewte* cum molendino c. 1150. *Chötzelſrewt* 1336. 1337. *Kozzenreut* 1382. *Kötzelreudt* 1409. *Kötzersricht* 1414. *Kötzerſricht* der Hamer 1451. 1463. 1478. 1482. 1496. 1505. 1507. u. f. 1803
*Kötzersricht*, D. Ldgr. Amberg in der Pfr. Hahnbach.

* Das älteste klösterl. Zehendregister 1336 beweiset zuverläſsig, daſs *Kötzersricht* das in dem Bisch. Ottonianiſchen Stiftbriefe 1139 enthalten *Jacobesreut* sey, so geringe Aehnlichkeit auch die beyden Benennungen, die alte und die neuere, haben mögen. Uebrigens war Jacobesreut ein Bisch. Bamb. Tafelgut und wurde mit einem andern Gut Muzendorf abgelöset.

26) I. *Novum molendinum*. II. *Novum molendinum* c. 1150. *Neumül* 1381. *Neumül* Hamer an der Vils 1387. 1399. 1451. 1484. 1496. 1520. 1549. 1557. 1600. 1761. 1803. *Neumühl* E. an der Vils oberhalb Amberg im Ldgr. und Pfr. Amberg ½ St. davon.

* Ein altes Hammer- und Rittergut schon 1387 in der Hammereinigung und von den Kastnern zu Amberg lange Zeit besessen, das endlich 1582 zur Stadt Amberg, und neulich an Hrn. Fröhlig gewesenen Kreis-Schulrath käuflich kam.

27)

27) I. *Pratum* cum novalibus iuxta *Jacobesreut*.
II. *Pratum* cum novalibus iuxta *Jacobsfrewte* c. 1150.

* Dadurch werden, zweifelsohne etliche Wiesen um Kötzersricht, Laubenhof, Hahnbach, Irlbach und Schönlint verstanden, welche in den Ensdorfl. Zinsbüchern unter der Rubrick: *Erlebach* Vogtey mit vorgetragen zu werden pflegten.

28) I. In nemore *Nitenowe* XXV. manſus. II. In nemore *Nitenowe*, ſcilicet *Rechart* et *Durne* ita nuncupatis locis manſus habemus per has *villulas* etc. XXX. c. 1150. 1156. 1166.
*Nitenauerforſt*, Ldgr. Wetterfeld, welcher im 12ten Jahrh. eine grössere Ausdehnung hatte, als heutzutage.

* Hiemit stimmen die Monumenta des Kl. Prifling. Mon. Boic. XIII. p. 144. a. 1123. p. 161. a. 1138 genau überein.

29) I. Rechart. II. Rechart. c. 1150. 1156. 1166. 1352.
*Rosshaupt* eine ganze Gegend (regio) zwiſchen Mittenau und Schwandorf, grösstentheils waldicht.

*) Cnfr. Mon. Boic. XIII. p. 163. a. 1138. p. 236. a. 1289.

30) I. *Tourne*. II. *Durne* c. 1150. 1156.
Eine ganze Gegend um *Bruck* und *Bodenwöhr* gegen Neunburg vorm Wald hin.

* Cnfr. Mon. Boic. p. 236. a. 1289. In diesem I. wird die Gegend von dem neu entstandenen Orte *Bruck*, und nicht mehr von *Thürn* genennt. Nahe bey *Bruck* liegen noch 2 Ortſchaften Namens *Vorderthürn* D. ¼ St. und *Hinterthürn* W. ½ St. davon, als die Reste der Benennung einer ganzen Gegend, oder, wie diese Stelle der Ensdorfl. Urkunde 1199 noch ferner erklärt, eines grossen Praedii *Dürn*, davon sich vor Zeiten ein bekannter Adel schrieb. Im Orte Dürn selbst besaſs das Kloster Ensdorf vor 1372 niohts; denn was es in *Vorderthürn* beſaſs, wurde erst in diesem Jahre zu einer Jahrtagsstiftung des Jacob Steubels zum Kl. vermacht.

31) I. *In eodem prädio IIIIor molendina*. II. *Potenwre* II. jugera cum quatuor molendinis rivulo Sulzbach adiacentibus cum ire piſcationis, conceſſa nobis iuſtitia Episcopi, qui duas partes. venat. piſcat. et (ſ. cum) aliis uſibus habet advocatus tertiam c. 1150.
*Bodenwöhr*, D. und landesfürſtl. Hochofen Ldgr. Neunburg vorm Wald in der Pfr. Neuſchwand ¼ St. davon.

* Bo-

* *Bodenwöhr* lag alſo im Praedium *Dirn* und gehörte dazu. Eben dahin gehörte auch der Fluſs Sulzbach, sammt den Mühlen abwärts gegen Mitenau, dann der Forst und die Jagd. Das Kloster erhielt nicht *Bodenwöhr* selbst, sondern nur 2 Tagwerkfeld und allenfalls noch eine Mühle daselbst. Andere 3 Mühlen am Sulzbach hinab müssen bey Brück und ferner bey der Sulz- und Mückenbachermühl gesucht werden. Von allen diesen Besitzungen übrigte dem Kl. 1803 die einzige Wündischbachmühl bey Brück, welche hernach n. 39 besonders vorgetragen werden soll.

32) II. *Medindorf.* II. et dimid. manſ. c. 1150 *Medendorf.* a. 1352. 1372. 1406. 1408. *Mögendorf* 1408. 1415. 1503. 1520. 1803.

*Mögendorf*, D. Landgr. Wetterfeld in der Pfr. *Bruck* ½ St. davon.

* Diese und folgende Notitzen stehen zwar nicht ausdrücklich in der Urkunde 1139; sie sind aber doch mit der Anzahl der Güter, XXV mansus (wovon oben N. 28) stillschweigend darin enthalten. Ein unter den 2ten Abte Dietwin c. 1136 angefangener und unter seinen Nachfolgern bis circ. 1202 fortgesezter Codex traditionum, oder delegationum (leztern Namen gaben ihm die Verfasser selbst,) liefert sie, mit einer kleinen bis c. 1150 gemachten Adquisition von 5 Gütern, d. i. in Summa 30 mans., in der Ordnung, wie sie von num. 32 bis n. 48. folgen.

33) II. villula *Fruwenreute.* I. et dimid. (manſus) c. 1150.

* Hat sich verlohren.

34) II. *Wiſinhwben.* I. manſus c. 1150. 1503. 1515. 1520. 1802.

* Findet sich mit dem Nameu *Wiesenhube* und dem Reichnisse in den Zinsbüchern 1503 bis 1520 bey *Schönsgras*, hernach N. 36. vorgetragen, und 1802 als Oede oder Zubaugut von vier Bauern zu Mögendorf verzinset.

35) II. *Tanne* II. (manſus) c. 1150.

Thann, D. Ldgr. Wetterfeld in der Pfr. *Nitenau* ½ St. davon.

36) II. *Pennegraſe.* II. (manſus) c. 1150. *Schöngras* 1503. 1515. 1520. 1802.

*Schöngras*, D. Ldgr. Wetterfeld in der Pfr. Bruck ½ St. davon.

37) II. *Kaltenbrunnen.* I. (manſus) c. 1150.

*Kal-*

*Kaltenbrunn*, D. Ldgr. Neunburg vorm Wald in der Pfr. Neuſchwand $\frac{1}{2}$ St. davon.

38. II. *Ramneſberge.* III. et dimid. (mansus) c. 1150. Ramſberg 1351. *Rämelſperg* (der hintere und vordere) 1415. Ramſperg (der Vorder und hinter) 1456. 1474. 1502. 1503. 1520. 1802.

Zwey Weiler, Ldgr. Wetterfeld in der Pfr. Bruck *Vorderrandsberg* $\frac{1}{4}$ St. und *Hinterrandsberg* $\frac{1}{2}$ St. davon.

39. II. *Windiſchwack.* IIII. (manſus) c. 1150. *Mül am Windiſchbach* vor dem Mark (Pruck) 1503. 1515. *Windiſchbach Mühl* vor dem Mark (Pruck) 1520. 1802.

*Windiſchbachmühl*, E. Landgr. Wetterfeld in der Pfr. Bruck $\frac{1}{8}$ St. davon.

* Von dieser Mühle ist schon oben N. 31. die Rede gewesen. Aus der Zusammenhaltung beyder Stellen im Vergleiche der Ensd. Zinsbücher Rubrick *Pruck* ergiebt sich aber, daſs alle diese vier Mansus oder Güter ehemals *Windischbach* genannt, schon gleich bey Entstehung des Markts *Bruck* dorthin zugebauet worden, und insonderheit daſs der Pfarrhof Bruck mit seinen Feldern auf den Gründen dieser 4 Güter stehen müsse; denn so steht bey Bruck die Reichniſs vorgetragen: „Pfarrer *vom Pfarhof und Eckern der Widen*, und nebenbey der Müllner von der *Windischbachmül* vor dem Mark."

40) II. Pars *Pulahe.* I. (manſus) ad Eccleſiam S. Jacobi. c. 1150. der Hof der *Puchleiten* 1520.

* Der zur Klosterkirche St. Jacobs in Ensdorf gehörige Hof war schon 1520 öd und zu *Schöngras* N. 36 zugebauet. Von ihm scheint auch eine Wiese *Puchloe* oder in der Puchler den Namen gehabt zu haben, die 1503. 1515. und 1520. ein Bauer zu Kaltenbrunn verzinset hat.

41. II. *Viſcbach.* I. (manſus) c. 1150. (et) I. (manſus) hoſpitalis. c. 1150. *Fiſchbach* 1460. *Viſchbach* der (adeliche) Sitz 1503. 1506. 1508. 1512. 1520.

*Fiſchbach*, D. und Pfarr, ein Edelſitz mit einem Schloſſe Ldgr. Wetterfeld.

* Der Edelsitz selbst hatte eine jährl. Recognition an das Kl. zu reichen. Im J. 1508. an St. Michaelis Abend verkaufte es nicht nur dieſen, sondern auch mehrere andere Zinse, an den Besitzer von Fischbach Hrn. Albrecht von Wirsperg zum Stokkenfels, damals Landrichter und Pfleger zu Neunburg vorm

Wald

Wald um 150 Rhein. Gulden. Nebst Fischbach wurden bey dieser Gelegenheit auch folgende Güter veräufsert, die alle in diesen Notizen nochmals vorkommen: *Nerpüg* N. 42. *Lohebichel* N. 43. *Brunn* N. 45.

42) II. Ortwiaren (so lese ich das nicht sehr leserliche Wort und glaube es müsse Nortwiaren gelesen werden) I. (mansus) c. 1150. *Nortbeier* 1446. *Nortberg* 1503. 1508. *Nortweier* 1503.

*Nerping*, oder *Nerpern* oder *Nerwern*, D. Ldgr. Wetterfeld in der Pfr. Fischbach $\frac{1}{4}$ St. davon.

43) II. *Lugebikel.* I. (mansus) circ. 1150. *Luepuchel* 1508. *Lohebichel* oder *Lohbigel*, D. Landgr. Wetterfeld in der Pfr. Fischbach $\frac{1}{4}$ St. davon.

44) II. *Prithenorte.* I. (mansus) circ. 1150.

* Hievon zeigt sich keine Spur mehr, aufser vielleicht in einem Weyer am Rofshaupte, *Breitenloh* genannt.

45) II. *Brunnen* IIII. (mansus) c. 1150. *Prün* 1503. 1508.

*Brunn*, D. Landgr. Wetterfeld in der Pfr. Fischbach $\frac{1}{4}$ St. davon.

46) II. *Hacchelaren* (muss Haeczelaren heifsen) I. (mansus) circ. 1150. Hohenzellern 1341.

47) II. *Haselahe.* I. (mansus) c. 1150. *Haslach* 1341.

* Die beyden Orte *Hohenzellern* und *Haslach* hat Kaiser Ludwig IV. von dem Kloster Ensdorf um $\frac{2}{3}$tel des Zehends zu *Eckenberg* zunächst Ensdorf und zwar in der Absicht eingetauscht, dafs sie zu seinem Schlosse Stockenfels gehören sollen. Mit Verödung des Schlosses Stockenfels, und vielleicht noch früher als Zubaugüter verlohren sie in der Eigenschaft einschichtiger Güter ihre Existenz. Der Name einer Waldgegend um Stockenfels, die man das *Hasler*-Holz nennet, mag noch ein Zeichen des dort gewesenen Hofgutes Haslach abgeben.

48) II. *Pleike.* I. (mansus). c. 1150. *Plaike* in nemore Nitenowe. c. 1150. *Plaich* 1502. 1508. 1520. 1802.

*Bleich*. oder *Pleich* oder *Plaich*, D. Landgr. Wetterfeld in der Pfr. *Nitenau* $\frac{1}{2}$ St. davon.

* Der Hof in Pleich, welcher nach Ensdorf zinsete, heifst im Zinsbuche 1520 der Frühmefshof zu Nitenau. Das Kl. hatte ums J. 1150 vom Bischofe Eberhard zu Bamberg mehrere Besitzungen in Pleich vertauschet. Es ist defswegen nicht ganz

ausgemacht, ob Pleich mit unter den ursprünglichen Ensdorfischen Stiftungsgütern begriffen gewesen ist oder nicht.

49) I. *Meſſenberge* cum molendino. II. *Miſſenberge* cum molendino c. 1150. *Maiſſenberge* c. 1150. *Maiſſenberg* 1306. 1503. 1513.

*Moiſſenberg* oder *Meiſſenberg* oder *Maiſſenberg*, D. Ldgr. Neunburg vorm Wald in der Pfr. Penting 1 St. davon.

* Mit diesen 49. Numern endigen sich diejenigen Stiftungsgüter des Kl. Ensdorf, welche ursprünglich Bambergische Lehen waren. Der Schwiegervater des Pfalzgrafen von Wittelspach, *Friedrich* genoſs sie bis zu ſeinem Tode, und verlangte vom Heil. Bischofe Otto von Bamberg die Verwendung derselben zu der von ihm bezweckten Stiftung.

50) I. *Eichaha.* II. *Eicha* c. 1150.

51) I. Hage. II. *Hahe* c. 1150.

* Diese beyden Güter sind vom Heil. Bisch. Otto miteinander zur Stiftung erkauft, und im J. 1157. miteinander wieder, und zwar an einem vom Haselbach bey Schwandorf verkauft worden. Sie müssen also nicht sehr weit voneinander, auch nicht sehr weit von Haselbach entlegen gewesen seyn. Gleichwohl läſst sich ihre Lage nicht genau bestimmen.

52) I. *Sicenhoſen.* II. *Sincehoſen.* c. 1150. *Sizenhoſen.* c. 1150. *Sinzenhofen* c. 1210. 1313. 1333. 1336. 1378. 1380.

*Sinzenhofen*, W. Landgr. Burglengenfeld in der Pfr. Schmidmühlen ½ St. davon.

* Kam aus den Händen eines Adelichen von Ebermansdorf zur Stiftung. Auch St. Mang in Stadt am Hof bekam von seinem Stifter 1138 einen Theil in diesem Orte, und Salmann darüber war ebenfalls ein Adelicher von Ebermansdorf Oefele II. 190. Ensdorf hatte seinen Antheil 1380 an einen adelichen Kegler von Emhofen verkauft.

53. I. *Drouſchingen.* II. *Druſkingen* c. 1150. Druefchingen c. 1150. Drüſching 1451. ſq. 1505. ſq. 1600. ſq. 1803.

*Trieſching*, D. Landgr. Nabburg in der Pfr. Schmidgaden ½ St. davon.

* Ein Theil der Kl. Besitzungen daselbst, kam durch einen von Wizzingen, ein anderer aber durch die bekannte Gräfin Adelheit von Wartberg (bey Neunburg vorm Wald) herzu, c. 1138. Leztere machte eine Donation von 2 Mansus (Gütern) daselbst;

daselbst, welche die Grafen von Sulzbach anfochten. Die Ortenburger Grafen als Erben der Sulzbacher hatten noch 1271. einen Amtmann in Trieseching. Cnfr. Aettenkofer 191.

54) I. *Hoveſtetin.* II. *Hoveſteten* c. 1150. *Hofeſtetin* 1166. *Hofeſteten* 1184. ſq. *Hofſteten* 1268, 1332. *Hofſtetten* 1380. 1409. 1478. 1507. 1508. ſq. 1803.

*Hofſtetten*, D. Landgr. Amberg in der Pfr. Ensdorf 1 kl. Stund davon gegen Nord.

* Die urſprüngliche Besitzungen des Kl. daselbst sind von einem Ministerialen der Gräfin Adelheid von Hohenburg mit ihrer und ihrer Söhne Ernest und Friedrich Einwilligung im J. 1129 erkauft worden.

55) I. *Ouffeim.* II. *Uſheim* c. 1150. 1210. 1220. *Aufheim* 1400. ſq. 1803.

*Aufheim* W. Landgr. Amberg Pfr. Schmidmühlen und Expoſitur Vilshofen (jezt wieder die Pfarr) zunächſt an der Pfarrkirche Vilshofen $\frac{1}{8}$ St. davon.

* Dieser Hof (praedium) ist um 1126 aus den Händen eines von Urach hergekauft, bald aber wieder an die Ministerialen des Stifters Pfalzgrafen um einen Hof (praed. *Sitilinesdorf* nahe bey Ensdorf vertauscht worden. Das Kloster besaſs in leztern Zeiten nur den Zehend daselbst, als ein Pertinenz der ihm incorporirt gewesenen Pfarr Vilshofen.

56) I. *Babenhoven.* II. *Pabenhofen.* c. 1150. 1220. *Babenhofen* c. 1150. *Baumhof* 1451. ſq. 1803.

*Baumhof* E. Landgr. Burglengenfeld in der Pfr. Schmidmühlen $\frac{1}{2}$ St. davon.

* Dieser mit Gült, Zins, Zehend und Niedergerichtsbarkeit dem Kl. bis zu dessen lezten Zeiten angehörige Hof ist ums J. 1126. aus den Händen eines von Emmhofen (Hehmhofen, so ein Edelsitz bey Schmidmühlen ist) um 30 Talente erkauft worden. Alle von N. 50 bis N. 56 allegirte Erwerbungen geschahen unmittelbar durch den Heil. Otto Bisch. von Bamberg pecunia ſua, wie sich der Codex Traditionum ausdrückt.

Hier endigen sich nun die Stiftgüter, welche ursprünglich vom Heil. Bischofe Otto herrühren. Nun folgen jene Güter und Grundstücke, welche *Friedrich* der reiche und vielnamige Schwiegervater des Pfalzgrafen und Stifters, auch dieser selbst zur Erbauung und Begründung des Klosters bis zum J. 1139, als dem Datum der St. Ottonianischen Urkunde übergeben haben. Denn über viele andere nachmalige Schenkungen des

Pfalzgr. und Herzogl. Wittelspachischen Hauses wird sich hier nicht verbreitet.

57) I. *Praedium* in quo locus ipse (monast. Ensdorf) fundatus est, und gleich Eingangs der Urkunde locum cui *Enstorf* nomen est inditum — iuxta Vilsam. II. aedificationis locum (*Ensdorf*) *Fridericus* vir nobilis pater scilicet Palatine — Heylicae — in *proprio domate* fundari cupiens *Ottoni* — Babenberg. Episcopo, ut fundamentum, poneret commisit, — ut de allodiis suis immo de beneficiis, quibus a Babenb. Episcopio inbeneficiatus erat, largius ditaret. circa an. 1116. ante an. 1119. *Enzistorf* 1124. *Endistorf* Monasterium c. 1136. *Entestorf* monasterium 1156. *Ensdorf* oder *Ensdorff* monasterium 1139 et sequentibus. 1803. *Ensdorf* das ehemalige 1802 und 1803 säculariſirte Kloſter Ldgr. Amberg, dermal der Sitz einer Pfarr.

* Der Grund und Hofraum nebst den Gebäuden darauf, waren ein ehemaliger Sitz des Friedrichs (von Ensdorf, Lengenfeld, Pettendorf, Hopfenoh etc.) und findet in den St. Emmeramischen Urkunden bey B. Pez. I. III. 108 und 128. ihre trefliche Erläuterung aus einem um beynahe hundert Jahre frühern Zeitraume.

58) I. cum. adiacenti curia *Wilinbahe* und Eingangs der Urkunde, in predio Palatini comitis *ottonis* de Witelinſbach. II. Idem predium *Willinback* (welches Pfalzgr. Otto vom Kaiſer Heinrich V. zur Belohnung erhalten hatte) dedit Palatinus Otto per manum uxoris et filiorum suorum sub testibus — Solvit annuatim V. talenta et dimidium. c. 1128 bis 1139. Predium *Wilinſpach* c. 1160. Predium, quod dicitur *Willinbach*. quod otto senior ab Henrico IV. (V.) Imp. sibi collatum praefato monasterio contradidit. c. 1160. *Wilinbac* c. 1171.

*Ensdorf*, das Dorf zunächst an dem Kloſter, machte in lezterer Zeit ein Continuum mit dem Kloſter aus. Zur Zeit der Stiftung verhielt es ſich ganz anders; denn Wilenbach das praedium, ſonſt curia, ein Hofgut genannt, beſtand neben dem Kloſter noch eine geraume Zeit nach der Erbauung deſſelben, und verlohr den Namen nur allmählig, nachdem dieſes und andere nahegelegene Praedia (Hofgüter)

ter) z. B. Kalwelingen, Sitilineſdorf, Clabanfreut etc. zu Ensdorf zugebauet worden waren. Ein früher geliefertes von meinem Bruder T. Profeſſ. Moritz gezeichnetes vergleichendes Situations-Härtchen von Ensdorf und deſſen Umgebungen im Durchſchnitte von beynahe zwey Stunden mag dieſe und noch viele andere im Codex traditionum enthaltene Notizen verdeutlichen.

59) I. *Beringozoſtrout* cum vineis. II. *Beringozoſreut* cum vineis c. 1150. *Peringozzeſrewte* cum vineis circ. 1150 vineae noſtrae (non procul) *Pettendorf* c. 1150.

Sehr wahrſcheinlich *Günzenried*, W. Landgr. Regenſtauf in der Pfr. Pettendorf ¼ St. davon.

* Diese alten Weingüter, welche in der Folge mit etlichen neuen Adquisitionen, unter andern mit einem Hofe *Haſlach* (*Haselhof*), Harrashof, und einem Hofe *Urteil* (Urtlhof) vermehret worden, lagen alle um *Pettendorf*, einen Sitz des obengenannten Friedrich Vaters der Pfalzgräfin Helika. Sie wurden vom Kloster im J. 1516. alle an das Stift zur alten Kapelle theils verkauft, theils um einen Hof im Dorfe Wolspah an der Vils ober Ensdorf vertauscht.

60) I. *Kelweline*. II. *Kalweline* predium c. 1150. in monte proximo *Kalewelingen* oder *Kelwelingen* c. 1150.

*Aekker* am *Kelbling* c. 1400. 1451. ſq. 1803.

*Kelbling* oder *Kalbling*, dermal eine Feldflur auf einem Bergrücken oſtwärts vom Kloſter Ensdorf.

* In dem Namen dieser Feldflur hat sich also das Andenken eines ehemals daselbst bestandenen Hofgutes erhalten. Eine andere daranstoſsende Feldflur heiſst der Weinberg, und ist ein Theil des Kälblingerberges, an dem die Aebte um die Mitte des XII^ten^ Jahrh. einen Weinberg angelegt, und den Weinbau bis zu Anfang des XVI^ten^ Jahrh. fortgetrieben haben. Die Felder dieser Gegend, sowohl des Kälblings als des Weinbergs sind alle erst im 14ten und 15ten Jahrh. an die Gemeindeglieder von Ensdorf um einen gewissen Zins vom Kloster überlassen und niemals als Pertinenz-Stücke der Güter, sondern als walzende Stücke angesehen worden.

61) I. *Oudeſcalchesberc*. II. *Udiſcalkeſperge* c. 1150. *Udilſkalkesberge* c. 1150. 1160. 1170. 1179. *Uſchelberg* 1179. 1339. 1375. 1379. *Uſelſperg*. 1319. *Volſchelſberge* 1200. *Ulſal-*

*falcheſberge* 1179. *Uſſerlſperg* 1420. *Uſchelberg.* 1451. ſq. 1803.

*Uſchelberg* oder *Uſchberg* kl. D. Ldgr. Amberg in der ehemal. klösterl. Hofmark. Ensdorf, auch in der Pfarr Ensdorf ¼ St. davon an einem Berge, der auch Uſchlberg genannt wird, nordwärts.

*Num. VII. Otto Babenbergensis Episcopus ex decimis novalium in Episcopatu Ratisponensi sitorum, Monasterio Pruvenensi donatis et ab eo refutatis, quasdam intra fines parochiae Sluhtren (Schlicht prope Amberg) ad monasterium in Entisdorf transfert. (s. a. a tergo recentiori scriptura notatur annus* 1142. *Miracul. Mundi p.* 261.

Otto ſanctae babenbergensis eccleſie ſolo nomine epiſcopus. De decimis noualium eccleſie noſtre in ratisponenſi epiſcopatu ſitorum. quas nos de eodem epiſcopatu iuſto concambio redemptas. cenobio beati Georgii Pruueningen donauimus. quid poſtea actum ſit. preſentium ac futurorum noticie patere uolumus. Igitur cum fratres eiusdem cenobii ipſas decimas ſine inquietudine poſſiderent. nullusque eſſet, qui eos in hac cauſa pulſaret. conſiderans uenerabilis Aribo abbas eiusdem loci unacum fratribus. quod iam multociens eſſent á familia ratiſponenſi ſuper hac queſtione grauati. et in futurum ſibi proſpicientes. utpote qui nollent tot inquietudinum ulterius ſuſtinere moleſtias. nos ſupplices adierunt. et ut easdem decimas in uſus noſtros reciperemus. inſtantiſſima prece poſtulabant. quod nos facere omnino recuſauimus, quippe qui easdem decimas quorum apoſtolicorum Calixti ſcilicet ac Innocentii priuilegiis, nec non trium pontificum ratisponenſis eccleſie Hartwici. Chanonis. Heinrici auctoritate roboratas eidem monaſterio ſciebamus. Cum ergo in hoc noſtrum inclinare non potuiſſent aſſenſum. id communi conſilio apud ſe diffinierunt. ut decimas illas omnino non tangerent. nullusque ut exiguam partem ex eis intra ſepta monaſterii

naſterii inferre ulla ratione preſumeret. Quod ubi comperimus. miſimus ad eos uenerabiles fratres noſtros abbates. Wignandum Thariſſenſem. et Eberhardum biburgenſem. qui eis uice noſtra fraterno corde ſuggererent. ut compatientes laboribus noſtris. nos hac in cauſa moleſtare deſmerent. et decimas quas nullus impeteret. iure quieto retentarent. Illi uero huic ſuggeſtioni á maximo usque ad minimum omnes contradixerunt. ſeque nunquam tali conſilio parituros. uel de decimis illis unquam aliquid cenobio ſuo illaturos. paribus vocibus affirmauerunt. Tandem nos inito cum eccleſia noſtra conſilio. iuxta tenorem petitionis eorum decimas illas ne et nobis et illis perirent. ad manum noſtram recepimus. easdemque aliis cenobiis noſtris diuiſimus. In quarum diuiſione dedimus cenobio beati Jacobi Entistorf coram ſubſcriptis teſtibus uſibus fratrum perpetuo profuturas has decimas. In barrochia *Sluhtren*. *Wittenruit*. *Hemmenſigile*. *Pappenberch*. *Perenriut*. *Sigefridisriut*. *Unterloch*. *Ronahe*. *Charmanneſeliden*. *Sheſloch*. et aliarum trium uillularum. in ipſum pertinentium. Teſtes fuerunt hi. *Eberhardus* prepoſitus. *Engelbertus* decanus. *Ruzil* prepoſitus. *Chunrat* cuſtos. *Tutto* ſcolaſticus. *Oudalricus* longus. *Starher* de *Mintechendorf*. *Ezzo*. *Gundeloch*. *Pillunc*. *Willehalm*. *Ruodolf Chunrat* Camerarius. *Eberhart*. et *Eberhart*. cum aliis multis.

*Num. VIII. Bulla Confirmationis Coelestini Secundi, Abbati Thiedoino Ensdorfensis Ecclesiae ejusque fratribus data. VI. Kal. Marcii Ind. VII. anno MCXLIII. (vid. Miracul. Mundi p. 325.)*

*Num. IX. Eberhardus Bambergensis Episcopus II. litem inter monasterium Pruveningen et Ensdorf ex una et novalium locatores in Sylva Rechart (Roshaupt) et Durne (Brücker Forst) sive alias in ambitu nemoris Nittenoue (Nittennouer Forst) ex altera parte super haereditario jure in qualibet consanquinitatis linea praetenso, eo dirimit, ut in futurum patri, qui esset de familia monasterii, succederet filius vel filia, caeteris vero actu possidentibus ususfructus ad vitae tempus indulgeatur* 1150.

(*M. M. p.* 332.)

In nomine ſancte. et. indiuidue. trinitatis. *Eberhardus. babenbergenſis. eccleſie. epiſcopus. ſecundus.* Quia multa malicia hominum in terra eſt. et cunta cogitatio cordis intenta eſi ad malum omni tempore. nos in eo quod noſtra intereſt. praecauere in futurum mala. et unicuique ſuam conſeruare iuſticiam cupientes, noſtri temporis acta et iudicata, memorie commendare curauimus. ut non ſolum poſteris innoteſcant. ſed etiam pro jure debito vigore conualeſcant. inter noſtra monaſteria *Privveningen*. et *Entesdorf*. et eos qui nomine illorum noualia in *Rechart*. et *Durne*. ſiue alias in ambitu nemoris *Nittenovve*. locationis iure poſſidebant. noſtris diebus non modica lis exorta eſt. his qui annuum inde cenſum predictis monaſterijs perſoluebant. quibus ipſa noualia a domino noſtro et patre pijſſimo *Ottone* collata, ab eius autem ſucceſſore felicis memorie domino *Egilberto*. pariterque á nobis bone voluntatis. et perpetue ſtabilitatis titulo confirmata ſunt dicentibus. eo ſe iure à prenominato domino et predeceſſore noſtro *Egilberto* ſibi confirmata noualia illa poſſidere. quod filij eorum ſiue filie. fratres etiam et ſorores. et nepotes ac neptes. in qualibet conſanquinitatis linea, hereditario iure ſibi deberent in eisdem novalibus ſuccedere, monachis autem nihilominus iſta negantibus. Hac contentione ad noſtram audientiam perlata. et non ſemel agitata.

ta. datis utrimque legitimis induciis. et multis ad decisionem litis in unum congregatis. a liberis et ministeralibus adjudicatum est. oportere possessores noualium. scripto aut uiuo testimonio. eorum, qui extra causam essent. suam comprobare assertionem. hanc uidelicet quam sibi credebant iusticiam. á nostris predecessoribus episcopis. siue á nobis. consensu ac coniuentia curie nostre sibi esse collatam. alioquin irritum et nullius momenti fore. quod uel abbates uel monachi. siue prepositi clausirales. siue uillici populares. sine auctoritate principalis egissent dominij. aut que ipsi propriis sibi usurpassent adinuentionibus. Illis autem diu tergiuersando. subterfugia plurima querentibus ac tandem in probatione deficientibus. ut misericordia superexaltaret judicium. Zelo pietatis. ea bonitate iuris stricti rigorem contemperauimus. presentibus et acquiescentibus utrimque altercationis partibus vt patri qui esset de familia ecclesie nostre. succederet filius eiusdem conditionis. aut etiam filia. si non esset ei filius. illis autem sine liberis sue conditionis decedentibus. nemo ius haberet hereditatis illius nisi illa prefata monasteria. Qui autem de nostra non erant familia. et eadem noualia praetaxato tenore possidebant. eis indultum est. habere quod habebant. tantum in uita sua. nisi liberi eorum aut essent de familia nostra. aut saltim masculi inde uxores ducerent. hoc nouissimum super addito. ut exigente inopia. duo inter se. mansum dividerent unum. ultra uero nulli fas esset aut hereditatem in plura diuidere. aut alios sibi heredes constituere. Quod ut ratum habeatur. omni tempore. constituimus. et scripto presenti. cum sigilli nostri impressione confirmamus. Testes sunt horum, *Gebehardus comes de Sulzbach. et filius eius Berengerus. Rapoto comes de Frenstorf. Gebhardus comes de Velburc. et Hermanus frater eius. Regenoldus de Otelingen. Fridericus Walpoto. et frater eius Udalricus. Udalricus de Calevvenberc. Fridericus de Luttenhach. Otto de Niesse. Cvonradus de Wiskenueld. Fridericus de Hergoltesbach. Udalricus de Wichfridestorf, Regenkart de Guncendorf. Megenhardus de Phrimede. Heinricus de Otloestorf. et frater eius Megengotus. De ministerialibus autem. Herdegen de Wisentouve. et fratres eius Volnant. Livpolt. Pero. Dietericus. Hermanus Slichere. Gundeloch*

*de Bodelendorf. Billungus de Memestorf. et filius eius Ratloch. Gotepodlus de Oſterhouen. Adelbertus de Hura. Heinricus de Eiske. Eberhardus de Houeſtete. Gundelocus de Rota* et alii multi. Actum anno dominice incarnationis. M. C. L. VI. Indictione IIII. Regnante domino *Friderico Romanorum imperatore* auguſto. Anno regni eius IIII. Imperio vero primo. feliciter Amen.

## *Num. X. Eilica Palatina Comitissa et Conradus Monasterii superioris Ratisponae Plebanus contradunt praedium in Tanehusen (Thannhausen praef. Amberg.) monasterio Endorfensi ad procurandas XII. ibidem Sororibus vestes.* 1166. (*M. M.* 287.)

In nomine Sancte et Individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini. Milleſimo centeſimo LXVI. Indictione XIIII preſidente ſedi beati Petri apoſtoli. Alexandro papa III. regnante friderico imperatore feliciter amen. Scribantur hec in generationem alteram. ne preſentium aut ſuccedentium memoria labatur. qualiter ego *Eilica dei gratia palatina comitiſſa* et ego *Conradus* ſacerdos Chriſti licet indignus. et ſuperioris monaſterii Ratispone Plebanus. pro remedio animarum noſtrarum et omnium parentum noſtrorum. contradidimus predium unum. ſitum in loco qui dicitur *Tanihuſin*. beato Jacobo apoſtolo in *Enstorf*. ea uidelicet ratione. ut sorores ibidem deo famulantes. ab inde ueſtiantur. Soluit autem idem predium annuatim. III. libras. Preterea ab uniuerſo eiusdem loci conuentu. quartam libram, eisdem ſororibus annuatim dandam impertiuimus. cum primitus tantum. II. libras de communi expensa ipſis sororibus dederint. Summa igitur expenſe illius VI. libre annuatim erunt IIII. quas de noſtro conquiſiuimus II. quas primitus de communi receperunt. Debent ergo ex hiſ VI. libris adminus. XII. ſoroſ annuatim in ueſtibus prouideri. Si autem inſuper plures conuentus aſſumpſerit. ipſi de ſuo illiſ prouideant. Ego etiam *Eilica* idem predium manu tenere. et exinde dum ego ſuperuixero. ſororibus pro-

prouidere domino annuente studebo. Transactis autem diebus vite mee. quicunque custos monasterii extiterit. qui ad (quia id) officium discretos prouisores expetit. hanc uidelicet curam agendi suscipiat. ut sororibus exinde in uestibus in perpetuum prouideat. Facta est autem hec traditio. Sub *Hilmerico* uenerabili eiusdem loci *Abbate*. per manum *aduocati Friderici palatini comitis* presente et consentiente uniuerso conuentu. Ut autem rata et inconuulsa in perpetuum maneat. hec traditio. et pacti confirmatio. sigillis nostris confirmauimus. Siquis in posterum id infringere. et infirmare uel mutare presumat. in tremendo iudicio ultioni perpetue mortis eternaliter subiaceat. et hic et in futuro numquam cum filiis dei partem recipiat. Amen.

## *Num. XI. De obitu Heilice Palatinae. Notitia ex Codice Ensdorf.*

Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo septuagesimo indictione tercia Idus Septembris Heilica Palatina de huius vite curriculo transiens hic Feliciter obtinuit, ut nomen eius requiratur á generacione in generationem. Dedit enim in celebracionibus decus, et ornavit templa usque ad consumacionem vite. Ornavit autem faciem templi; et alterutrum Chorum, et ipsum sanctuarium circum sancta sanctorum quinque cortinis plumarij operis, nec non sacerdotem ad sancta sanctorum ingredientem Festiuo vestivit vestimento, casula scilicet frigiata,

ymo eciam margaritis et auro intexta, atque proinde alijs casulis frigiatis et aliquibus non frigiatis; similiter cappis frigiatis et absque frigio, Talmaticis Tunicis, que subtilia vocantur, stolis ex auro et gemmis, es auleis in faciem templi. Proinde in libro vite celestis ascribi gestiens, verba et gesta Verbi incarnati, Plenarium videlicet describi iussit, quod intus et deforis, ut hodie datur perspici, auro et gemmis micantibus adornavit. Junxit vero prelibato operi Calicem instar Codicis elimatum, utque liber doceret, vas sacramenta representaret. Insuper eciam duo Candelabra ac Turribulum anaglisi operis ex multo pondere argenti, nec non Ampullas de lapide precioso Onichino et Berillo ad vasa divini Misterij obtulit, et alia multa ad ornatum Altaris atque Ecclesie. Nihilominus manum suam mittens ad forcia fecit aqueductum ex plumbi fistulis per occultos terre meatus, de fonte rivum derivans ad singulas Monasterij officinas. Ut autem in serie delegacionum predictum est, predia et ex hereditate sua et ab alijs comparata large Ecclesie huic tribuit, ac multis mobilibus rebus profuit. Statuit vero, ut eterno iure pro requie eterna anniversaria dies eius et *Ottonis* Palatini mariti sui instar cene Domini multa consolatione Fratrum et elemosinis pauperum ex predio *Hasellach* officiose peragatur. Confirmatum est quoque ab Abbate tunc temporis *Hartnido*, et ab universis unanimiter Fratribus quasi sacramento, ut Psalmus de profundis cottidie ad singulas horas inter familiares Psalmos pro ipsis ac filijs suis vita decedentibus dicatur. Idem quoque Psalmus constitutione Abbatis *Helmerici* post priorem Missam sancitus est cottidie cantari Sepulta est itaque in Capitolio in sepulchro *Ottonis* Palatini viri sui, habens ad dexteram erueis in proximo Mausoleo collatantes sibi patrem et matrem, *Fridericum* et *Heylwic*; in ulteriori autem sepulchro sororem suam *Heilwic* et maritum eius *Gebhardum* et Filios eorum *Gebehardum* et *Fridericum* de *Leuttenberge*; ad siniſtram vero crucis collatantem habens *Hartnidum* huius loci Abbatem tercium ordine, sed primum pervencione resignaverant enim Abbacia Anteriores sui *Walchunus* et *Dietwinus*. *Walchunus* autem pausat in Sepulchro in introitu Capitolij.

*Num. XII.*

## *Num. XII. De obitu Friderici Palatini filii fundatoris. Ex eodem Cod.*

Anno ab incarnacione Domini Milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto *Fridericus Ottonis* Palatini fundatoris huius cenobij filius ſenex dierum plenus operibus bonis et elemoſinis ex huius vite curriculo feliciter migravit, ſepultusque eſt in ambitu ante ingreſſum eccleſie: Frater vero predicti *Friderici* Palatini Otto nomine, qui veſtem ducatus ac Imperatore Romanorum acceperat, ſepultus eſt in cenobio *ſcheirnn*: ſed *Otto* dux Filius ſuus adhuc parvulus ſepultus eſt in Baſilica ſancti Petri Apoſto. li. Prefatus vero *Otto* Dux contulit nobis predium pro ſalute filij ſui *Ottonis* ad lumina concinanda in villa *Neuſtetetan*.

## *Num. XIII. Fundatio Anniverſarii.*

Nouerit uniuerſitas Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum et ſpecialiter in *Enſtorf* deo ſeruientium memorie comendetur. qualiter *ego Elica dei gratia palatina comitiſſa* pro remedio anime mee et dilecti mariti mei. *Ottonis* palatini comitis. et omnium fidelium defunctorum ſalute contradidi. *conſentientibus omnibus filiis meis* predium unum quod dicitur *haſela* beato Jacobo in *enſtorf*. ea uidelicet *uſus ratione* ut de hoc ipſo predio. et de alio quodam predio quod ſitum eſt in loco qui dicitur *Wintpozzingen*. quod etiam maritus meus ſupradictus *beate memorie. Otto palatinus comes* beato Jacobo tradidit annuatim anniuerſarius noſter in diuinis et communi totius conuentus refectorio ſolemniter agatur. et exinde quemadmodum in cena domini ſolet fieri pauperes conſolentur. quoniam etiam in diuinis et humanis curis diſcretio magiſtra neceſſaria eſt peto in domino ut id agendi officium diſcreto prouiſori comendetur. et quoniam ſepe prepoſitus. et cellerarius. camerarius. et elemoſinarius. in communi magis implicari ſolent. alicui expedito ſicuti diſcretio prelatorum conſuluerit. fideliter committatur. ut autem rata et inconuulſa permaneat hec inſtitutio.

ſigilli

ſigilli mei impreſſione. et ſigillo *Friderici* filii mei aduocati eiusdem loci preſente et annuente uniuerſo Conuentu. confirmauimus. Siquis autem hanc inſtitutionem infringere preſumat. in tremendo judicio domini. domino exinde reſpondeat. facta eſt autem hec inſtitutio. anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo LX. VI. indictione XIV. preſidente ſedi beati Petri apoſtoli. *Alexandro papa* III. *regnante Friderico* imperatore. ſub Helmerico uenerabili eiusdem loci abbate. feliciter. Amen.

*Num. XIV. Episcopus bambergensis Eberhardus villam Schönlinden (prope Amberg) ab Ottone de Smalnaa refutatam monasterio ensdorfensi confert. Actum MCLXVIII. mense Februario. Meiler p.* 334. *(vetusti diplom. versio in Codice citato Vol. II. p.* 149.

*Num. XV. Eberhardus bambergensis Episcopus II. partem beneficii cujusdam, Ottonis de Smalnaa, villam scilicet Sconenlinde (Schönlind prope Amberg) ab ipso resignatam monasterio Ensdorfensi confert.* 1168. *(M. M. p.* 334.)

In nomine. ſancte. et indiuidue trinitatis. *Eberhardus*. Dei. gratia. Babenbergenſiſ. Epiſcopus. ſecundus; cum ſurdiſ auribuſ pretereundum non ſit, quod dicitur. qui parce ſeminat parce et metet. ne omnino uacui appareamus in conſpectu iudiciſ. quando ipſius quiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. modicum beneficium quod monaſterio ſancti Jacobi in *Enteſtorf* contulimus. ſcripto preſenti. ad noticiam omnium fideliuin tam futurorum quam preſentium tranſmittimus. Equidem obtentu dilecti ac uenerabiliſ fratris noſtri *Hetmerici* prefati loci abbatiſ. quidam fideliſ noſter *Otto* nomine de *Smalnaa*. partem quandam beneficii ſui. uillam ſcilicet que *Sconenlinte* nuncupatur, nobis in manum noſtram reſignauit, quam et noſ beato Jacobo

Jacobo predicti loci patrono contulimuſ. et mente deuota obtulimuſ. ipſius apud dominum patrocinio ſubleuari deſideranteſ. Hanc itaque donationem et traditionem. preſentiſ ſcripti auctoritate roboramus et confirmamuſ. beato Jacobo et fratribuſ imperpetuum deo ibi ſeruituriſ. quatenus et noſtri et predicti fideliſ noſtri. jugem in orationibuſ ſuiſ memoriam habeant. et poſt obitum noſtrum. in anniuerſaria noſtri recordatione. conſolationem inde accipiant. ad amputandam uero omnem cujuslibet calumpnie occaſionem impoſterum. idem *Otto*. uillam pretaxatam de manu abbatiſ recepit. cenſuali iure. in uita ſua poſſidendam. Statuimus igitur. et omnipotentiſ dei. et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli auctoritate interdicimuſ. vt nulla eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hec uiolare uel immutare auſu temerario preſumat. aut anathematiſ perpetue maledictioni. et diuine ultioni ſubjaceat.

Teſteſ ſunt huius rei Ex clero Babenbergenſis eccleſie. *Giſelbertuſ* prepoſitus de domo. *Hermanuſ* decanus. *Eberharduſ* prepoſituſ ſancti Jacobi. *Gotepoldus* archipresbiter. Ex laiciſ. *Otto* maior Palatinus de *Witelingeſbach*. *Pertolduſ* marchio de *Vohburc*. *Ruopertuſ* de *heckilbach*. *Vdalricuſ Walprato* de *Bezzeke*: *Heinicus* de *Bongarten*. Ex miniſterialibus *Heinricuſ* de *Widen*, *Wernherus* de *Gutenbigen*. *Herdegen* et frater eius *volnant*: de *Wlſentouwe*. *Otnant* de *Plaich*. *Otto* de *Sleten*. *Heinricus* de *Muchele*. *Vdelſcal Salbere*. Et alii multi

Actum anno dominice incarnationis MCLXVIII. Indictione I. Regnaate domino *Frederico* Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni eius XV. Imperii uero XIII. menſe februario feliciter Amen, amen.

## *Num. XVI. Donacio praedii Layderſsdorff et mutatio nominis eius. Ex cod. Ensd.*

Anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo indictione tercia regnante *Friderico* Imperatore Auguſto

guſto Romanorum, anno Imperij eius XXIII *Fridericus* Palatinus in die ſolempnitatis et letitie, Feſto Sancti Jacobi et Dedicacionis eccleſie peractis ſolempniter Miſſarum ſolempnijs ſolempnem dedit oblacionem manu ſua predium utique *Layderſdorff antiſratice* dictum, ſed veraciter *Libinſdorff*, totam villam cum omni Jure, agris, pratis, ſilvis, piſcacionibus, molendino, in uſum Fratrum Deo hic ſerviencium. Teſtes ſunt: *Udalricus*, *Wicnandus* Frater eius de *Haſelbach*; *Udalricus Zollo*; *Rutlandus*, *Volkoldus*, *Yſingrimus* Fratres de *Sygenhoven*; *Karulus* et Fratres eius *Heinricus* et *Otto*, de *Sygenhoven*; *Otto* de *Unzasdorff*; *Rudigerus* de *Lintha*; *Rupertus* lupus de *Brugberck*; *Rupertus* de *Reutte*: *Fridericus* de *monte*; *Karulus* de *Hohenburck*; *Udalricus* de *Hauſen*; *Otto* de *Salkendorff*, et alii multi, ſicut *Albertus* de *Lintaha*; *Heinricus* de *Valtenwerck* in die ſolempni.

## *Num. XVII. Otto II. bambergensis Episcopus Bottoni abbati et monasterio in Ensdorf tradit quamdam partem de silva sua in Kranach, quae incipit a rivo Majori Puchbach (in plaga occidentali oppidi Rottenkirchen praef. Nordhalben) protendit se ad Fossam Naenaues usqile ad Tyzniz et inde ad fluvium Tatin, (Tettau) ac terminatur in loco dicto villa Heinrici (Heinrichsdorf)* 1195. *M. M.* 337.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Otto* ſecundus diuina fauente Clementia *Babinbergenſis* eccleſie epiſcopus. Cum ex officio nobis iniuncto diuinitus omnium Chriſti fidelium debitores exiſtamus. precipue dignum eſſe cenſemus. ut circa eccleſias dei. quas pre aliis commiſſas, ac ſpecialius commendatas habemus. ea libenti exequamur animo. que ad diuinum honorem et ad illarum commodum cedant et exaltationem. Ea propter ad noticiam preſentis aetatis. et ſucceſſurae poſteritatis accedere cupimus. quod nos ad petitionem dilecti noſtri. *Botonis abbatis.*

et

et totius collegii in monasterio nostro *Ensdorf*. constituti. pro remedio anime nostre. consilio conuentus nostri et familiarium nostrorum ministerialium Babinbergensis ecclesie. de silua nostra in *chranach*. quandam partem cum omni potestate. et utilitate inde proueniente prefato monasterio in usus fratrum deo iugiter ibidem famulantium tradidimus. ac delegauimus. excipientes tantum terciam partem decimarum. que contingat ecclesie in eodem predio construende. Donauimus etiam prenominato abbati quod ipse et quilibet successor illius. in ecclesia siqua inpretaxato predio fuerit fundata. inuestituram et omne jus fundatoris possideat. et aduocatiam eiusdem predii. pro beneplacito suo. cui velit. libere committat. Verum quia habundans cutela non nocet. terminos. et nomina locorum. a quibus hoc ipsum predium inchoatur. et terminatur. presenti pagina notari constituimus. Incipit enim idem predium á riuo quodam. qui vulgariter dicitur maior *puchbah*. et protenditur ad fossas cuiusdam *Naenizes* et usque ad *Tyzwiz* et inde ad fluuium. qui dicitur *Taetin* et terminatur in loco qui agnomitus est. *villa Hainrici*. et in terminis. quos vendicauerat sibi *fridericus* de *Riute*. Ut autem hec nostra traditio. rata et inconuulsa semper permaneat. presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri testimonio statuimus insigniri. Huius rei testes sunt. dilecti fratres nostri maioris ecclesiae canonici. *Thiemo maior prepositus. Egilhardus. decanus. Eberhardus. Cantor. Chunradus. custos. Cunradus cellerarius. heinricus de Machelen. Gotefridus. de werde. Boppo prepositus sancti stephani. et sancti Jacobi. Ecchebertus. prepositus de turstat. Gundolous. magister. Reinhardus. Hartnidus. de Vlsenbac. Otnandus de sterberc. fideles nostri Bertoldus. dilectus consanquineus noster. dux Meraniensis. Vlricus. de Winschenuelt. Otto de Liutenbach. Chunradus de Wolvesperc. Rudolphus de kranach. Albero. helembricus. helenwicus: Otto senior, Otto iunior. Vlricus. omnes isti de Kranach*. et alii quam plures.

Acta sunt hec. anno dominice incarnationis. M°. C°. XC°. V°. Indicione. xiii. anno pontificatus nostri. xvii. xvi kl. Septembris. Siquis autem huic nostre donationi occurrere. uel ipsam

aliquo modo infringere attemptauerit. nos illum in uerbo domini uinculis anathematis innodamus. et á Corpore Christi cui aduersatur eum precidentes, nisi resipiscat. eterne gehenne incendiis ipsum deputamus.

## *Num. XVIII. Philippus Rex donationem et commutationem Ludovici Ducis monasterio in Ensdorf factam super silva dicta Wolvinlohe et Gardirs, imperii feudis ratihabet, Regi in feu contradita curte una in villa Buchbahc juxta flumen Nabe (Buchbach praef. Lengenf.)* 1199. *(M. M. p. 330.)*

In nomine. sancte. et indiuidue. trinitatis. *philippus secundus.**) diuina. fauente. Clementia. Romanorum. rex et semper augustus. Ad eterne uite premium et temporalis regni incrementum nobis proficere non ambigimus si locis deo dicatis et personis relligiosis manum munificentie porrexerimus et circa ipsarum Commodum curauerimus operam adhibere diligentem. Qua sane consideratione habita ad uniuersorum presentem intuentium noticiam perferendum duximus. quod nos ob spem et meritum retributionis eterne ratam habemus et confirmamus regia auctoritate nostra donationem atque commutationem quam fecit dilectus princeps et Consanquineus noster *Lodwicus dux bauvarie* fratribus et monasterio sanctorum apostolorum Andree et Jacobi in *Ensdorf* super quadam silva que uocatur *Woluinlohe* et alia silua que dicitur Gardirs quas ipse ab imperio et á nobis in feudo tenebat. Verum ad maiorem securitatem et ut fratres siluas prenotatas liberius obtineant tradite sunt in manus fidelis nostri Diepoldi lantgrauij de Luckisberc ut ipse ad proficuum supradicti mo-

*) De ratione huius Tituli, qui, (quamvis Philippus rex inter reges Germaniae huius nominis solus et unicus fuerit) in diplomatibus eius fere omnibus occurrit, studiose egit Chron. Gottwicense. Tom. I. pag. 418. N. IV.

monasterii et fratrum in his qui vulgo salman nuncupatur existat. ad eorum quoque concambium idem dux curtem unam in villa *houhbahc* que sita est juxta flumen nabe de patrimonio suo imperio et nobis contradidit et eam á nobis in feudo recepit. Mandamus igitur et sub pena gratie nostre firmiter precipimus. ut nulli hominum licitum sit contraire huic nostre confirmationi uel sepe dictos fratres in ea aliquatenus disturbare. quod siquis facere attemptauerit pro pena transgressionis libras auri LX. componat dimidium fisco nostro. reliquum passis iniuriam. Huius rei testes sunt. *Conradus ratisponensis episcopus. Diethalmus constantiensis episcopus. Conradus Dux spoleti. Comes Geuehardus de Dollinstein. Comes rapoto de ortinberc. Albertus de Entsée. Boppo et Conradus fratres de Ostirnahc. Bernardus de Wilheim. heinricus marscalcus de Kalindin. Conradus dapifer de rotinberc. Otnandus de eschinovve. et Hermanus de Schellinberc. Conradus de Turndorf. Bertholdus de Schiltberc. Oddo de Steueningen. Eckilbertus Dapifer. Heinricus marscalcus de nambahc. Jordanus de lenginuelt. Sigfridus de lenginuelt,* et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab Incarnatione domini M. C. XC. VIII. Datum ante argentinam VI. idus Julii Indictione II.

## *Num. XIX. Eckebertus Episcopus bambergensis V. mansos in villa Franchena (Franckenohe, praef. Auerbach) a Boppone de Stierberch resignatos, Coenobio in Ensdorf confert. (Cod. Vol. I. p. 36.)*

*Ecchebertus* dei gratia *Babenbergensis*. episcopus. Presentis scripti serie duximus declarandum. quod cum dilectus noster *Boppo de stierberch* esset in procinctu transretandi constitutus. quinque mansos sitos in *uilla franchenoe*. resignauit in manus nostras. et nos eos contulimus Coenobio in *Ensdorff* cum omni iure. ac fratres eiusdem loci dicto iam bopponi dederunt sedecim libras sub hac condictione. ut post reditum illius, si fratribus eiisdem pecuniam memoratam dicti mansi cederent et redirent in usus suos. Item si filius eius qui consensit in eundem cotractum daret

libras pretaxatas. manſos poſſideret prefatos. Si vero a neutro ſolveretur ſuma numerata in noſtra eſſet facultate et uoluntate dare ſumam denariorum et occupare manſos ſepedictos. Si uero nec nos ſumam preſcriptam numeraremus. coenobium in *enſtorff* libere dictos reditus poſſideret. Teſtes huius rei ſunt. *Boppo maior prepoſitus. hundelochus maior decanus. hermanus* ſancti ſtephani *prepoſitus. Sifridus prepoſitus turſtadienſis. Marquardus cuſtos. Otto de phaphenhouen. Ruttlantus ſcolaſticus. Magiſter Chraſto. haynricus et herdegin fratres et miniſteriales de Wiſentouwe. eckenwertus dapifer de Potenſteine. Wernherus et Otto de trupah. hartmanus de mömilsdorf* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno incarnationis. dominice MCC. ſexto decimo. Pontificatus noſtri anno quinto decimo.

(Sine Sig.)

## *Num. XX. Godboldus (praefuit 1215 — 1229.) Abbas ensdorfensis Heinrico de Frankenberg bona in Erlbach (praef. Auerbach) iniuste detenta restituenti decimas in Wirtensreut confert. s. die et anno.*

Dei miſericordia abbas in *enſtorf* omniſque conuentus ibidem omnibus fidelibuſ tam preſentibuſ quam poſt futuris ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium evidentiſsime liquet quod ea que ſunt tanquam vmbra tranſeunt et pereunt et neceſsarium habetur ut ea que geruntur in tempore ne labantur in ipſo ſcripto roborentur et memorie hominum commendentur. Significamus itaque veſtri omnium vniverſitati quod nos domino *heinrico* de *frankenberch* decimas noſtras in *wirtenſreute* proprietario iure tradidimuſ ea de cauſa quando ipſe predictus H. bona noſtra in *erlbach* que longo ex tempore indebite poſsedit et que nos plurimis queremoniis elapſis, ex ſententiato jure iudicum rehabere nequiuimus liberaliter ad nos redire permitteret omni jure ſuo reſignato in preſentiarum uirorum prudentum et honeſtorum quorum conſilio et auxilio ſic difinitum eſt. Huius actionis teſtes ſunt *Heinricus de turendorf ſpanco plebanus de cruſen. Cunradus de ſwerbiz dapifer ſiboto de cruſen* et alii quam plures.

*Num. XIX.*

## *Num. XXI. Conradus Abbas Praedium Ravolfespruck a praedecessore suo Rudigero fideli homini Gnannoni sub pacto reluitionis traditum, confirmat. (circa 1229.)*

*Cunradus* dei gratia abbas in *enstorf* cum omnium fratrum suorum Collegio tam presentibus quam post futuris Non excidat memorie vestre sed in conspectu vestro sepius reuoluatur quod quoddam predium quod appellatum *Rauolfesprukke* inpignoratum erat cuidam *Reimberto*. et ex antiquitate temporum pene ab omnibus obliuioni traditum fuerat. Quidam autem fidelis homo momine *Gnanno*. idem predium quod soluebat annuatim vi. S. ab antecessore nostro *Rudigero* abbate iure hereditario aquisiuit. ea conditione ut ipse et posteri sui. annuatim exinde soluant. lx. denarios et idcirco contulit viii. talenta ea ratione ne aduocatus quicumque sibi iuris ex eodem vendicet predio. Nihilominus statutum est. ut si ipse vel heredes ipsius predictum ius uendere dispositerint á nobis predictam pecuniam recipiant et libere ad nos redeat. Prefato autem antecessore nostro domino *Rvdigero abbate* viam vniuerse carnis ingresso. nos ex petitione ipsorum predictum factum annuente conuentu nostro innouavimus. et imaginem sigilli nostri inpressimus. Vt autem contractus iste inconvulsus permaneat. Ego *Bernhardus prior subscribo. Marcus presbiter subscribo. Bernhardus presbiter subscribo. Wernhartus p. Cunradus p. Gotpertus prb. Gebolfus p.*

(L. S.)

## *Num. XXII. Dominus Fridericus miles de Puch Judex in Hohenburch reditus unius librae in Amberg sibi obligatos monasterio in Ensdorf relaxat et sex solidos denariorum in Piscatura in Tevselschinden (Teiselskinden Praef. Naburg) pro anniversario legat, a. 1257.*

*Heroldus* diuina prouidentia abbas et conuentus in *Ensdorf*. Omnibus hanc paginam inspecturis salutem in omnium saluatore

re. Dominus *Fridericus* miles dictus de *Puch* index de *Hohenburch* redditus unius libre in *Amberch* pro quinque libris obligatos sibi ab ecclesia nostra. nobis relaxans. et redditus sex solidorum denariorum de piscatura nostra in *Tevfelsschinden* obligata pro quatuor libris soluens. ex side et caritate spem habens de nostris orationibus. adhuc sanus existens deliberauit apud nos suum anniuersarium perennari. et testatus est ecclesie nostre ipsam libram et eosdem sex solidos. ita quod bis in anno. scilicet in die sancte Affre. et in festo beati Nicolai de prenotatis denariis exhibeatur consolacio fratribus et sororibus agentibus in ecclesia nostra suam memoriam annuatim. At tamen quandocunque redditus sex solidorum ad hoc seruicium complendum deputabimus dicta piscatura debet ad nostre dispositionis liberum arbitrium renocari. Et ut hoc salubre statutum nostrum equo ratum sit et firmum. dominum *Chunradum* sacerdotem confratrem nostrum dictum de *Gerwigestorf*. et dominam *Gertrudem* sororem ipsius iudicis. ad hoc deputamus. ut ipsi colligant dictam summam. sed sine quolibet preiudicio honoris et reuerentie domini abbatis et ex ipsa consolatium fratribus atque sororibus quemadmodum prehabitum est fideliter amministrent. Vt autem sepe dicta summa nullo modo ex titulo alienationis alienetur. nec ad aliud deputetur seruicium. post obitum dictorum C. sacerdotis et *Gertrudis*. debet dominus abbas et conuentus alicui de suis fratribus huius amministrationis curam uni dominorum de conuentu committere. cui mater uirtutum discretio annuerit committendum. Sigillorum autem presentie tales testes subscribere fecimus. *Otto* ecclesie nostre prior. *albertus* plebanus. *Simon* sacerdos. *Chunradus* sacerdos *Otto* diaconus et alii quam plures. Datum per manus magistri *Marquardi* ecclesie nostre tunc scolastici. anno domini M. CC. LVII. XI. Kl. Maii.

## *Num. XXIII. Gotfridus de Pierchingen curiam suam in (Tonheim prope Ensdorf) vendit monasterio pro XXIV. libris.* 1260.

*E*ngelhardus dei gratia Eistetensis Episcopus Moguntine sedis Cancellarius Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in uero

nero ſalutari. Ad noticiam uniuerſorum volumus deuenire, quod *Gotfridus* dictus *de Pierchingen* noſtre Eccleſie Miniſterialis curiam ſuam in *Tanhaim* ſitam cum ſuis adtinentiis, que ad ipſum jure hereditario ſpectabat dilectis in Chriſto abbati et conuentui in *Enſtorf* Ratiſponenſis dioceſis pro xxiiii libris denariorum Ratiſponenſis monete integraliter uendidit atque dedit. et quod ad maiorem Cautelam *Dietricus* et *fridr* . . . . . sant nepotes ipſius *Gotfridi* et ſoror predictorum fratrum licet nihil iuris in ea haberent . . . . in eadem curia ipſis competere uidebatur in ipſa omni cedentes actioni pure et ſimpliciter ac ſolemptiter renunciarunt. In cuius uenditionis. donationis. renunciationis ac proteſtationis noſtre teſtimonium, preſens ſcriptum conſcribi fecimus ſubſcriptione eiusdem facti teſtium, ac noſtri ſigilli munimine roborari. Teſtes itaque eiusdem venditionis ſumus Nos *Engelhardus* dei gratia Epiſcopus Eiſtetenſis dilectus in Chriſto *dominus Chvno* abbas *Caſtell. C. de Caſtell* canonicus Eiſtetenſis. *Otto miles de Zant. Albertus et Vlricus de Emmendorf* fratres. *Albertus de Witenſhaim. Chunradus Jacco. Albertus Chamerarius de Caſtel.* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini M. CC. LX. VIII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## *Num. XXIV. Cunradus de Paulstorff bonis in Paulstorff et Hiltrichstorf (Hiltersdorf et Paulsdorf praef. Amb.) a Sorore sua monasterio legatis renunciat.* (*Cod. B. fol.* 89.)

1263.

In nomine domini amen *Heroldus* gratia dei abbas totusque conuetus in *enzdorf* omnibus conſtare volumus tam preſentipus quam futuris preſens ſcriptum inſpecturis quod dominus *Cunradus de paulſtorf* bona in *paulſtorf* et in *Hiltrichſtorf* que iure Hereditario ſorori ſue *Gertrudi Conuerse in enſtorf* ceſſerant, que ipſa viuens et incolumis eccleſie noſtre legauerat ſuis vſibus ipſa defuncta vſurpauit poſthac admonitus a nobis ut

in

in preiudicium anime ſue graue bona eccleſie legata poſsidendo non teneret reſipuit eo ad conſcientiam propriam recurrens zelo iuſticie ductus et pietatis praefata bona beato Jacobo preſentibus uiris honestis et fidei dignis quorum nomina ſubſcribentur in remediuum ſuorum peccaminum patriſ et matris nec non et ſororis ſue G. felicis memorie libere contradidit adiiciens ut filij ſui aduocati ratione defenſionis non exactionis dictorum eſse deberent bonorum et ut lx denarii ad lumen ſub paradiſum vbi nobilium corpora tumulantur et ſingulis annis de dictis bonis ſoluantur. Acta ſunt hec anno domini m°. cc°°. lxiijxv. aprilis. Teſtes ſunt *Vlricus* abbas ſancti Emerami, dominus *Hiltwindus de rutperc*, *Rutlandus de trounſtehen*, *fridericus de dvuerch*, *Heinrich de ſteling*, *Hilwinus de ſwankendorf*, *Otto et Otto* de monte S. Egidii, *Heinricus ſchafus* et *Rabanus* gener eiusdem.

## *Num. XXV. Eberhardus Comes de Hirsberg permutat cum Coenobio ensdorfensi hubas duas in Poneting* 1268.

Nos *Eberhardus* dei gratia *Comes de hirzberg* confitemur et preſentes litteras proteſtamur et vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris volumus eſse notum, quod noſtro conſenſu et bona deliberatione prehabita fecimus permutationem cum venerabili abbate et conuentu de *Ensdorf* cum hubis duabus in *bonetingen* ſitis quas predictis dominis et eccleſie in *Ensdorf* dedimus cum agris ſiluis pratis et omnibus iuribus et pertinentijs eisdem bonis queſitis et non queſitis excepimus tamen aduocatiam noſtram de hubis eisdem duabus de quibus ſingulis annis iure aduocatie duas menſuras avene recipere debemus et exceptis ſiluis que volgariter dicuntur *benholzer* in quibus nullum ius habere debent ipſi vero domini noſtri predicti in reſtaurum bonorum noſtrorum predictorum dederunt nobis bona ipſorum in *Stockez* et in *melhinbach* cum agris ſiluis pratis paſcuis aquis omnibus iuribus et attinentijs ſuis libere et abſolute queſitis et inqueſitis, huius rei teſtes ſunt dominus *fride-*

*ricus*

*ricus* abbas de *caſtello* dominus *leuppoldus de hittenbach* dominus *Symon de Ensdorff* dominus *heinricus de apposperge* dominus *haynricus de Wemdingen* dominus *haynricus de hoſſtetin vlricus de haintal* et alii quam plures. in cuius rei teſtimonium preſentes litteras fecimus ſcribi et noſtro Sigillo communiri datum apud Caſtellum anno domini MCCLXVIII. feria quarta poſt invocauit.

## *Num. XXVI. Laicus quidam de Secunda censum retardatum ex curia in Meilchoven (praef. Burglengenfeld) in posterum praestandum agnoscit.* 1270.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. *Gerungus* dei miſericordia. Abbas in *enſtorf* omnisque conuentus ibidem omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam poſt futuris notum eſſe uolumus in perpetuum. quot cauſa que uertebatur inter nos ex una parte et quendam cognomine laycum de ſecunda pro cenſu Curie in *Meilchoven* qui eccleſie noſtre annis decem ſubnotatis extiterat retardatus ex conſilio ydoneorum uirorum amicabiliter eſt deciſa et ſine debito terminata. Hinc eſt quod vxorem iam fati layci nomine *Reizcam* cum ſuis poſteris curiam in *Meilchoven* profitemur iure hereditario poſſidere, tali pacto ut in die beati Martini uel ſequenti de Curia prenotata Eccleſie noſtre vnum talentum denariorum Ratiſponenſium offerant annuatim. Et ſi offerre neglexerint talentum die aut termino aſſignato. ſententiatum eſt et adinuentum ab hiis qui preciſa cauſa conuocatis partibus intererant quod jus hereditarium á domina *Reizca* et á ſuis ſucceſſoribus aufferatur et Curia in *Meilchouen* ad uſum eccleſie noſtre liberaliter deriuetur. Ne igitur hoc preſens Factum obliuio deleat aut inoportunitas malignantis ingenii infringat ſcripturam inde confectam Sigillo venerabilis Chori maioris eccleſie Ratiſpone et appenſione ſigillorum noſtrorum nec non *Chunradi uice domini de Paulſtorf* ſigillo *Hvgoni* militis et *Pouchpechi* volumus communiri. Huius rei teſtes ſunt. venerabilis *Gerungus abbas. Chunradus. Otto. Heinricus. Ditmaurus.*

*maurus. Libhardus. Minhardus* ſacerdotes, *dominus Erbo de Pouttrichſperg.* Al. plebanus *de Adrathauſen.* hii de Nummero laycorum *Hugo de lengeuelt. Rimboto de Smidmul. Albertus miles de Pouchpach. Rutgerus Clechel. hiltwinus. Dictricus* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dni. M°. C°C°. l°x°x°. VII. idus februarii.

## *Num. XXVII. Altmanus praepositus Ratisponensis monasterio in Ensdorf dimidiam curiam et pratum compromissum in Puochpach (Buchbach praef. Burglengenfeld?) per sententiam definitivam contra conversam Wilbirgim de Puochbach latam adjudicat.* 1279.

Nos *Altmanus* prepoſitus. *Vlricus* decanus totumque Capitulum ratisponensis eccleſie. Vniverſis per preſenciam declaramus, quod cum venerabilis Abbas et conuentus in *Enſtorf* et *Wilbirgis* conuerſa de *Puopach.* ſuper poſſeſſionem dimidie curie in *Puopach.* et cuiusdam prati ibidem contenderent in iudicio coram nobis. nos utramque partem ad probandam ipſam poſſeſſionem duximus admittendam. verum quia ſuprapictus abbas et conuentus poſſeſſionem predicte curie et prati probauerunt ad ſe pertinere, legitimis documentis et quod eſſent per ipſam *Wilbirgim* ab eadem poſſeſſione minus rationabiliter ejecti. nos de conſilio iuris peritorum ipſa cauſa diligenti animo primitus pertractata prenotato abbati et conuentui poſſeſſionem curie predicte et prati per diffinitiuam Sententiam adiudicauimus per preſentes litteras abbatem et conuentum mittentes in poſſeſſionem curie et prati ſuperius jam expreſſi. queſtione proprietatis prelibate *Wilbirgis* ſuper ipſa curia et prato tantummodo reſeruantes. In Cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum confici placuit. et ſigillo noſtri iudicii roborari. datum et actum *Ratispone* anno domini M. CC. LXX. nono. ſabbato ante dominicam Innuocauit.

## Num. XXVIII. *Ludovicus Dux monasterio in Ensdorf jus patronatus in Vilshofen (praef. Amberg) cum jure advocatiae donat. Ex Cod. I. p. 45. (Meiler p. 318.)* 1280.

In Nomine domini amen. *Ludwicus* dei gratia comes palatinus Reni dux wauarie vniuerſis preſens ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Quia diuturnitas temporis obliuionem ingerit rebus geſtis ne facta hominum magis tamen illa que pro remedio animarum pro ampliando cultu diuino ad laudem et gloriam dei Fiunt dubietate uel obliuione uel varietate aliqua periclitentur neceſſe eſt, et expedit ut ea que a mortalibus aguntur, ne ſicut cum mortalibus et cum tempore pereant et labantur ſcripture ſubſidio adjuventur. Quapropter notum fieri cupimus vniverſis praeſentibus et futuris quod nos pio zelo ducti ob reuerentiam dei et glorioſiſsime virginis marie ac eciam beati Jacobi apoſtoli in remedium noſtrorum peccaminum et etiam in reconpenſacionem dampnorum que eccleſie in *Enſdorff* dinoſcimus intuliſse eidem eccleſie in *Enſsdorff* Jus patronatus eccleſie in *vilſhouen* quod nobis ex antiquo Jure hereditario competebat cum Jure aduocacie ejusdem eccleſie Reuerendi in Chriſto patris et domini noſtri heinrici venerabilis epiſcopi Ratisponenſis et capituli ſui accedente conſilio et conſenſu ita tamen, quod prouentus eiuſdem eccleſie in *vilſhouen* ſaluo Jure plebani praeſentis ac etiam vicarii ipſam eccleſiam in poſterum officiant ad eiuſdem eccleſiam in *Enſsdorff* prebendarum ſubſidium miniſtrent, donauimus et tradidimus pleno Jure perpetuo poſsidenda adjicientes ut in aniuerſario noſtro quod deuote annis ſingulis a conuentu volumus celebrari per unam libram denariorum Ratiſponenſium de prouentibus dicte eccleſie in *vilſshouen* fratribus fiat conſolacio ſpecialis ad huius itaque rei memoriam et pleni roboris firmitatem praeſens ſcriptum noſtri ſigilli robore iuſsimus communiri cum ſubnotacione teſtium qui ſunt hij dominus *vlricus* decanus *Ortliebus de Scheiriching* archidiaconus magiſter *Gaudacherus* ſcolaſticus *pertoldus Comerodus* archidiaconus *albertus* prepoſitus Iluminiſteriensis protonotarius

noſter, canonici Ratisponenſes *pertoldus de witelſhouen* archidiaconus auguſtenſis laici vero *fridericus purckgrauius de nurberck fridericus lantgrauius de leutenberg* et *fridericus* filius ſuus *Gebhardus lantgrauius minor de leuttenberg Eberhardus* et *vlricus de ſchluſſelberg Otto de lapide vlricus filius ſuus Cunradus de luburg hadmarus de laber Conradus de paulſsdorff vlricus mareſchalcus de lenguelt* et alij quam plures datum et actum anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo XV° Kalendas ſeptembris tempore domini *Rudolffi* regis Romanorum ſemper auguſti.

## Num. XXIX. *Chunradus de Liamtal monasterio bona in Gailching (prope Ensdorf) cum silvis, hactenus detenta, resignat.* 1282.

Ut tempus. ſic actiones hominum tranſeunt, niſi litteris et teſtibus confirmantur, hinc eſt quod ego *Chunradus de Pawlſtorf*, proteſtor et preſentibus recognoſco. quod *Chunradus de Laimtal*. quedam bona eccleſie in *Enſtorf*. inferius ſubſcripta, que iam fate eccleſie, una cum fratribus ſuis, multis temporibus uiolenter detinuerat. coram me nec non et preſentibus eiusdem conuentus confratribus uniuerſis, ipſi cenobio in *Enſtorf* nulla mediante conditione, liberalius reſignauit. hoc addito, ut ſuper omnibus uſibus, quos medio tempore ab ipſis bonis injurgioſius recepiſſent, ſecundum ipſius diſcretionis modulum reſtaurationem refunderet prout poſſet, hec uidelicet, ſunt bona. feodum in *Galchingen*. ſilua *Mouſanſlieten Regilslieten Smidſtal*. cuius rei teſtes ſunt. dominus *Gerungus abbas*. *Libhardus prior*. *Chunradus*. *Chunradus*. *Otto*. *Siboto*. *Meinhardus*. *Albertus*. *Siboto prepoſitus congregationis in enſtorf*. *Otto petitor*. *fridericus de Rordorf*. *Erneſtus de Wingerſhouen*. *Gerungus Havouwer*. *Chunradus Waldener*. *herwicus*. *arnoldus*. et alii quam plures. Ne autem ulterius ſuper ipſo facto, ualeat ulla dubietas exoriri. preſentem cartulam ſic conſcriptam feci ſigilli mei munimine roborari. Anno videlicet domini M. CC. LXXXII. in vigilia epyphanie domini.

*Num. XXX.*

## Num. XXX. *Albertus de Puchperg monasterio in Ensdorf vendit agros dictos Reutacker, piscationem, silvam, jus patronatus et advocatiam in Wolfsbach (praef. Amb.)* 1282. *Meiler p.* 349.

In nomine domini amen. Ego *Albertus* dictus de *Puchperg*. Vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris cupio eſſe. notum. quod ego omnes agros qui *reutacher* dicantur et Piſcationem vnam. ac Siluam aput villam *Hvolſſpach* ſitas, et ius patronatus eccleſie in *Huolſſpach* cum aduocatia eiusdem Eccleſie que iure hereditatis ex antiquo ad me reſpicere uidebantur de conſenſu et bona voluntate domine *agnetis* dilecte uxoris mee. et domini *Chunradi* dicti de *Paulſtorf*. pura uendicione. pro lx. talentis Ratisponenſis monete. vendidi perpetuo Eccleſie ſancti Jacobi apoſtoli in *Enſſtorf*. domino *Gerungo* venerabili abbati et conuentuj ejusdem eccleſie libere et preciſe. Renuncians omnibus iuribus et proprietatibus ex nunc et omnibus adtinentiis queſitis et inquirendis integraliter absque omnium hominum contradictione, omnium poſſeſſionum. que me et meos liberos jure hereditario adtigebant. vt ſuperius eſt expreſſum. Reſignans et jus patronatus eccleſie in *Huolſſpach*. cum aduocatia eiusdem eccleſie et omnibus predictis, prout ſuperius plenius continetur per manus aduocati eccleſie in *Enſſtorf*. videlicet, domini *Ludwici* Illuſtris Principis Comitis palatini Rehni, ducis Bawarie. quatenus predictus dominus *Gerungus* venerabilis abbas. vna cum congregatione ſua, omnesque ſucceſſores eorum perpetuo ad honorem dei et glorioſe genitricis ſue ſancte marie et beati Jacobi apoſtoli poſſideant libere et quiete ius patronatus eccleſie iam ſepe dicte in *Wolfſpach*. absque omni jure aduocatico cum predictis ſuperius nominatis. Ne autem futuro tempore liberi mei uel aliquis hominum eccleſiam ſupradictam in *Enſſtorf*. aut ipſos fratres in eadem eccleſia commorantes. audeat uel poſſit contra iuſtitiam in poſſeſſionibus ſupradictis, et in iure patronatus eccleſie in *Wolfſpach* violenter aut temere conturbare preſens Priuilegium

inde

inde confectum cum Sigillis appenſis. et teſtibus ſubnotatis. fecimus diligencius communiri. In cuius rei teſtimonium et eiusdem ſignum perpetue vendicionis rerum ſupradictarum, preſens ſcriptum, Sigillo domini *friderici Langrauii* de *Leugenberg* et domini *Chunradi* de *Paulſtorf* ac meo iuſſi ſollempniter roborari. Huius autem facti teſtes ſunt. dominus *Chunradus* de *Ernuels*. *Pruno* de *ſchönhouen*. *Rinboto* de *Smidmüln*. *Vlricus* et *Chunradus* fratres dicti *loter*. *Heinricus praentel*. *Syboto* de *Pülzheim* *Albertus* de *Puchpach*. *fridericus* de *Puchpach*. *Hugo* de *lenguelt*. *Vlricus* de *Perge*. *Hiltawinus et Otto* de *Chrondorf* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini M. CC. LXXX. ſecundo. Sexto Kal. Marcii. tempore domini *Rudolfi* Regis romanorum.

## Num. XXXI. *Heinrici Ratisponensis episcopi confirmatio.* 1282.

In cuius rei teſtimonium, ad perpetuam memoriam hominum. preſens priuilegium, cum teſtibus ſubſcriptis, ſigillis, noſtro videlicet et ſummi prepoſiti, domini *Vlrici* de *Dornberch*, ac domini *Chunradi Decani* maioris eccleſie, dicti de *Lupurch* contra injurias futuras, duximus roborandum. Huius autem facti teſtes ſunt. Dominus *Ortlibus de Seirching*. dominus *Heinricus de fuermiano*. Dominus *Carbo*. Dominus *Perchtoldus Cameridus*. Magiſter *Gundacherus*. Magiſter *Vlricus*. Magiſter *albertus*. dominus *Albertus vice dominus*. dominus *fridericus*. dominus *Chunradus* canonici Ratisponenſes *Perchtoldus* capellanus noſter. *Phylippus* notarius noſter. et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini Milleſimo CC. LXXX. ſecundo. Sexto Kl. Marcii. tempore domini *Rudolfi* Regis Romanorum.

## Num. XXXII. *Otto et Hiltprandus fratres de Puchperg, venditionem bonorum per fratrem Albertum (de Haselbach) factam confirmant.* 1282.

fabulis per longam annorum seriem decantata est. Cum enim anno millesimo, quingentesimo quadragesimo secundo monasterium Castel, atque insuper, irreparabili damno, potissima pars diplomatum funestissimo incendio periisset, Monachorum quidam, qui reliquias monasterii, quae casu illaesae permanserant, diligentius scrutatus est, invenit Catalogum seu Repertorium documentorum, tum igne consumptorum, tum adhuc exstantium, in quo Repertorio, quod postmodum *liber fundationum* temere appellatum fuit, continebatur historia, in qua dux quidam Ernestus anno nongentesimo, septuagesimo quinto fingebatur, à Moeotide in Selandia, dira aquarum torrentium vi exagitatus, et patria sua pulsus, in Germaniam devenisse, Imperatoris Ottonis II. opem exorasse, et, postquam munificentiâ huius Imperatoris Nortgaviam in Baioaria dono accepisset, a Selandia illa numerosas Nobilium familias ad se in dictam Nortgaviam evocasse; cui etiam, licet vagae, narrationi eo facilius fides habebatur, cum Nobilium illorum Scuta gentilitia cum singulis inscriptionibus in ecclesia Castelensi duabus tabulis depicta, et a clarissimis viris nunquam in dubium vocata, immo nostro

ad-

adhuc tempore calendario, quod anno 1752 sub nomine *„Churbaierischer geistlicher Calender (Fünfter Theil) Jos. Ant. Zimmermann“* edidit, inserta, et admiratione publica tam diu celebrata fuere, donec tandem Fel. L. B. de Löwenthal (in libro suo, qui inscribitur *„Geschichte von dem Ursprunge der Stadt Amberg etc.* 1801) consilium coepit, errores temporum luce sanae criticae illustrare, Moeotidem interpretari Brunn (pagum in eadem valle situm, vix unius horae itinere distantem), atque scuta illa gentilitia appellare testimonia cognationum et affinitatum, ad Comites de Castel spectantium.

Monachi castelenses, postquam per plura secula varias inter secundae et adversae fortunae vicissitudines res suas bene et laudabiliter gesserant, tandem tempore sic dictae reformationis (ad quam, ut constat, Electores palatini transiere) celebri suo monasterio, tum dimissi aut eiecti, immo etiam ultro egressi, negotia dein domestica laicis administratoribus commissa, atque horum cura et solertia continuata sunt; donec Maximiliano I^mo Electori

Ba-

Bavariae, qui Palatinatum superiorem recepit anno millesimo, sexcentesimo vigesimo octavo, in mentem venerat, Monasterium vetus Castel, eiusque bona et reditus, sat pingues, cum Collegio Jesuitarum ambergensi conjungere. Quae vero deinde, post extinctum anno 1773 ordinem Jesuitarum, rerum mutationes secutae sint, nemo est, qui ignoret.

Caeterum diplomata, in hoc Volumine occurentia, sat numerosa, felicissimo casu ex incendiis et variis temporum iniuriis servata, sollicito prorsus labore ex Autographis descripta, dein in ipso Archivio solertia, qua decet, omnino insigni collata, amplissimam materiarum segetem exhibent, ad illustrandas medii Aevi res forenses et domesticas, tum morales et ecclesiasticas, insigniter conferentem.

Series

## Series Abbatum castellensium ex Monumentis hic impressis.

Num. II. diplom. Otto.
Num. III. Wortwinus (videtur fuisse prior Ottone).
Num. VI. Geboldus ao. 1165.
Num. VII. Wernhardus ao. 1170.
Num. VIII. Cuonradus ao. 1182.
Num. X. Gebhardus ao. 1219.
Num. XI. Wernhardus ao. 1231.
Num. XIII. Chuno ao. 1252.
Num. XVII. Fridericus ao. 1278.
Num. XX. Albertus ao. 1297.
Num. XXVII. Siboto von Haintal ao. 1307.
Num. XLV. Hermann ao. 1323.
Num. LXV. Hermann ao. 1337.
Num. XCVI. Chunrat ao. 1356.
Num. CXLIX. Otto ao. 1377.
Num. CXCIII. Georgius ao. 1400.
Jacobus ao. 1435.
Leonhard ao. 1459.
Vlricus ao. 1490.
Johannes ao. 1496.
Johannes ao. 1542.
Caspar Evelstädter ao. 1561 *administrator*, † 1599.

## Alia series Praepositorum ex veteri Manuscripto.

1) Otto I. (alias Altmanus dictus) primus Abbas elect. ao. 1103.
2) Wertwinus 1129.
3) Otto II. 1140.
4) Geboldus 1165.
5) Conradus 1172.
6) Georgius 1199.
7) Gebhard 1218.
8) Bernhardus fundator missae perpetuae ao. 1231.
9) Cuno 1252.
10) Christophorus.
11) Fridericus 1278.
12) Albrecht 1300.
13) Syboto 1308.
14) Hermannus 1323.

15)

15) Conradus (de Lotherbach) 1362.
16) Otto (Nortweiner) 1399.
17) Georgius (Kemnather) electus 1399, † 1434.
18) Jacobus † 1459.
19) Leonhardus elect. 1459, † 1490.
20) Ulricus † 1494.
21) Joannes † 1524.
22) Joannes (Winter) † 1529.
23) Leonhardus (Minzer) † 1538.
24) Joannes (Menger) † 1554.
25) Michael (Hanauer) † 1560.

*Secuti nunc sunt Administratores.*

Casparus Evelstädter † 1599.
Joann. Ulricus de Kleissenthal.
Joann. Christoph. Reiner.
Michael Loefen auf Haimhof und Ebermanstorf.
Joh. Philippus Petsch.
Ebadamus.
Wolfgangus Andreas de Püring. etc.
Joachim Maul.

*Ao. 1636 Monasterium Castelense cum omnibus pertinentiis collatum Societati Jesu, ubi secuti sic dicti judices foranei:*

Wolfgang Neyser.
Christoph. Scharb.
Joh. Conrad Ostermann.
Conrad Kilian de Reichenbach.
Bartholom. Mayr.
Joann. Georg Desing.
Joann. Ruprecht.
Adam Ruprecht.
Joann. Ferdinandus Schreger.
Jacobus Böschl.
Conradus Albertus Schreger.

*Extincta ao. 1773 Societate secutus administrator*
Josephus de Stadler.

*Ao. autem 1781 Monasterium translatum est ad neoerectum in Bavaria Ordinem melitensem.*

## Num. I. *Imperator Henricus III. Ministro suo Pardoni praedium donat, libere ab eo possidendum anno* 1043.

C.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Heinricuſ diuina fauente clementia Rex. Notum ſit omnibuſ Chriſti noſtrique fidelibuſ. Tam futuriſ. quam praeſentibus, qualiter noſ ob perpetuae felicitatiſ praemium. tale praedium quale domna *Adalheit.* eiuſque *filiuſ Gebehardus comeſ* in noſtrum regale iuſ. atque dominium liberali manu tranſfuderunt *miniſtro noſtro Pardoni* regia noſtra munificentia in proprium tradidimuſ. in uilliſ *Wermerischa Hegina Fvrehenriet.* dictiſ ſitum. et in pago Nortgove. et in comitatu *Heinrici comitiſ.* cum omnibuſ ſuiſ appendiciiſ. hoc eſt utriuſque ſexuſ mancipiiſ. areiſ. aedificiiſ. terriſ. cultiſ et incultiſ. pratiſ. paſcuiſ. aquarumque decurſibuſ. moliſ. molendiniſ. piſcationibuſ. ſiluiſ. lignorumque communionibuſ et inciſionibuſ. et reditibuſ uiiſ et inuiiſ. quaeſitiſ et inquirendiſ cum omni utilitate. quae ullomodo inde poterit prouenire; Ea uidilicet ratione. ut praedictuſ Pardo de prefato praedio liberam de hinc poteſtatem habeat. obtinendi. tradendi commutandi. precariandi. uel quicquid ſibi placuerit inde faciendi. Et ut haec regiae nostrae traditioniſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconfulſa omni aeuo permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroboranteſ ſigilli noſtri iuſſimuſ impreſsione ſigniri.

✠ Signum Domini Heinrici Tercij. ✠ ✠ ✠




regis inuictiſsimi

*) Vid. Baringium, clav. diplomat. p. 186.

Adelgerus Cancellarius uice Bardonis archicancellarij recognouit.

Data iiij. Kalendas Decembris anno dominice incarnationis M°. xl. iij°. Indictione xj. Anno autem domni Heinrici tercij. ordinationis eius xvj°. regni uero v°. actum Ingelenheim. in dei nomine feliciter amen.

## Num. II. *Privilegium pontificium ad ann.* 1109.

*INNOCENTIUS* EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI DILECTO FILIO *OTTONI ABBATI* CASTELLENSIS MONASTERII EIUSQUE SUCCESSORIBUS REGULARITER SUBSTITUENDIS IN PERPETUUM. Piae postulationis ordo expostulat ut iustis petitionibus libenter impertiamur assensum. Proinde dilecte in domino fili *Otto* abbas tuis rationabilibus petitionibus clementer annuimus. et castellense monasterium a nobilibus quondam uiris *Beringero Friderico* ac filio eius *Ottone*. necnon *Liutgarda* comitissa in allodio suo fundatum et *Beato Petro* ab eis oblatum ad exemplum predecessoris nostri sancte memorie *paschalis* P. P. presenti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessionis. quecumque bona idem locus in presentiarum canonice possidet. siue in futurum largiente domino concessione pontificum. liberalitate principum. oblatione fidelium iuste et canonice poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus. et integra conseruentur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quorumlibet successorum. nullus illic qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur. nisi quem fratres communi assensu. uel fratrum pars consilij *sanioris* de suo, si dignum inuenerint uel de alieno si oportuerit collegio. secundum dei timorem et beati *Benedicti* regulam elegerint. Abbas uero cum fratribus aduocatum sibi

quem

quem utiliorem prouiderit instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, et fratribus grauis. remoto eo alium proficiant. CRrisma sanc. Oleum sanctum. consecrationes altarium uel ecclesiarum ordinationesque monachorum qui ad sacros fuerint ordines promouendi. ab episcopo in cuius dioceſi sunt. eiusdem loci fratres accipiant. siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit. et si ea gratis et sine prauitate uoluerit exhibere. Alioquin liceat eis catholicum quem maluerint adire antistitem. et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Qui apostolice sedis fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Abbas beati *Petri* deliberatione et nostro suffragio licentiam habeat et potestatem predicandi. penitentes quosque suscipiendi. accurandi. ligandi atque soluendi. infirmos uisitandi. mortuos undecunque in ipso loco sepeliendi. tam uiuis quam defunctis uniuersa delicta relaxandi. Ecclesijs monasterio predicto concessis. Uidelicet *louiterhouen. Phaphenhouen. Heswanc.* et tam *Fvrhenriet.* quam aliasque infra ambitum harum ecclesiarum modo ad presens sunt siue que in futuro construende sunt. nemo nisi per abbatis uel monachorum eiusdem loci uoluntatem praeponatur. Pro consolatione quoque fratrum ad certum uictum eorum. decimationes intra omnes terminos. et circulos earundem ecclesiarum siue nobilium siue pauperum. de omnibus fundis. de redditibus. de noualibus. quas interuentu predictorum nobilium uirorum. et *Vlderici* heistehtensis episcopi assensu acquisistis aut iam antea episcoporum conniuentia adipisci poteritis. uobis nichilhominus confirmamus. Et ne quis episcoporum clericorum seu laicorum uel quorum libet hominum uos pro his Inquietare presumat. sub anathemate interdicimus. Prohibemus etiam ne alicui omnino hominum fas sit aliquas nouas exactiones imponere. neque de laboribus quos proprijs sumtibus colitis. decimas a uobis exigere. seu uestrum monasterium temere perturbare. uel eius possessiones auferre. ablatas retinere. minuere. aut alijs quibuslibet molestijs fatigare, sed omnia integra conseruentur pro. quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt omnimodis usibus profutura. Nulli etiam fratrum uestrorum post factam in eodem loco professionem absque licentia prelati sui ad alium locum liceat trans-

migrare. Quod ſi diſceſſerit et canonice commonitus redire contempſerit. facultatem nichilhominus habeatis eundem a diuiniſ officiis interdicere. Interdictum uero nullus epiſcoporum uel abbatum ſuſcipere audeat uel retinere. Ad indicium autem huius perceptae a romana eccleſia libertatis. tres auri *Bizantios* expleto triennio. lateranenſi palatio perſoluetis. Si qua ſane impoſterum eccleſiaſtica ſecularisue perſona. hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens. contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertioue commonita ſi non congrua ſatisfactione emendauerit. poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe diuino indicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus. ſit. pax domini noſtri Jeſu. quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia eternae pacis inueniant. *Amen. Amen. Amen.*

Datum lat. (Laterani) per manum *Almerici* diaconi cardinalis et cancellarij Sanctae romanae ecclesiae jjj. jdus Aprelis. Indictione II Dominice incarnationis anno M°. C°. Vjjjj. *) Pontificatus domini Innocentij PaPe. jj Anno x.„

*) Error insignis, quippe cum Innocentius II. primum ao. 1130 ad dignitatem papalem evectus sit.

## Num. III. *Revindicatio jurium. ao.* 1128.

Notum ſit omnibus tam futuris quam praeſentibus qualiter eccleſia *Furhenriht* decimationes ſuas videlicet in *Tanloch* et *Amenruht* per *Wortwinum Abbatem Caſtellenſem* violenter ablatas juſticia prevalente recepit. Inſuper querimonias quas eadem eccleſia paſsa eſt ab eodem abbate et *helpherico* preſbitero affirmare volentibus quod ipſa eccleſia deberet eſse ſubjecta ſue eccleſie *Luterhouen* idoneo teſtimonio remouit, et libertatem ſuam coram epiſcopo Gebehardo juſticiam faciente obtinuit. Huius rei teſtes ſunt *Hermanus Archipreſpiter et Canonicus. Pilgerinus decanus. Chuonradus de Soundelbach. Rahewinus de Dietchirchen. Arnoldus de Furhenriht. Heinricus de Perege. Marquardus de Altorf. Heberhardus de Eſchenvelden.* laici. *Dourinchardus* et frater ejus *Hartmannus de Penzehouen. Pero de Loudiriſhaim, Pernoldus de Velburc. Volcmarus et Tagino frater ejus de Worminriſe. Willehalmus de Hempendorf.* acta ſunt autem hec anno ab incarnatione domini Milleſimo Centeſſimo xxviij Indictione ſecunda. ij. Idus Novembris *Louhthario rege* regnante. *Gebehardo epiſcopo* eiſtetenſem eccleſiam gubernante.

## Num. IV. *Variae donationes ab Heinrico, duce Austriae, Monasterio Castel factae. ao.* 1159.

C. *Heinricus* diuina fauente clementia *dux auſtriae* omnibus ſuis majoribus et minoribus gratiam et et bone uoluntatis Perſeuerantiam. Quia quiſque quanto et altior eo debet in timore et amore dei eſſe feruentior cauſe ſalutiſ noſtre omnino conducit. vt eum quem ſuperna diſpoſitione gradum honoriſ conſcendimuſ. ad reficiendaſ et promouendaſ dei eccleſiaſ informemuſ. Vnde tam uobiſ qui ſingulariſ iuriſ fide nobiſ conexi eſtiſ quam omnibuſ Chriſti fidelibuſ qui hoc noſtre donationiſ privilegium in manuſ aſſumpſerint. notum facimuſ. qualiter caſtellenſe caenobium a parentibuſ noſtriſ conſtructum. quorum bona nobiſ hereditario iure ſucceſſerunt. *habechſperc* cum

omnibuſ

omnibus pertinentiis ministerialium familiisque multae sexus utriusque et prediorum. rogatu piae memoriae *Ottonis* eiusdem loci abbatis quorundam nostri ministerialium beneficiis. ut pote monasterio conterminis. ad ipsorum petitionem pia largitione ampliare decreuimus. Dedimus ergo ei capellam nostram *habechsperc* sicut cymiterium continet cum dote sua et mancipiis, omnibusque censualibus eiusdem ecclesiae ita dumtaxat ut abbas prefati coenobii semper eidem capellae prouideat. Partem quoque *fori Louterhouen* quae nostri iuris fuit ammonitu quorundam fidelium pro salute animae nostrae eidem cenobio recognouimus. *Tiemo de Alrspach* ministerialis noster multam habens ergo locum ipsumque dilectum nostrum abbatem prefatum deuotionem. deuote rogauit nos. uti prediorum illorum quibus honoratus fuerat liberalitate parentum nostrorum *Kazheim. Gezendorf. Yringesvelt.* cum mancipiis. nostra itidem donatione quia heredem non habuit carnalem beatum *Petrum. abbatem* et fratres. deo ibi perpetim militantes habere posset heredes. Annuimus ergo pie iusteque petenti fecimusque uotis eius satis multis coram astantibus. et huic nostrae largitioni astipulantibus. Beneficium etiam *Erphonis Brvonentale.* Beneficium *Harthmudi* in *Walhesvelt.* Beneficium *Marcwardi Balderateshouen.* Beneficium *Ekeleibi Diethmarsvelt.* Beneficium quoque *Wluingesde Mantelach* et partem beneficii qua *Adelbertus* frater eius in beneficiatus fuerat. quia ante nos datum erat. firmum esse concessimus. Liberos etiam *Gozwini de yringesvelt Ernestum* et sorores eius cum predio et omnibus que possident delegauimus. Preterea temporibus domni *Worthwini* abbatis. eiusdem loci memores seruitij et beniuolentiae ipsius erga nos dedimus beneficium *Bernhardi ysenricheshrivth.* Et licet diuerso tempore per uarios delegatores hec ita fecerimus. nos tamen extremam quia ita placuit manum ducentes nostra presentia cuncta confirmauimus. Testes quoque subter annotari iussimus. *Cuonradus de Ronige. et filius eius Cuonradus. Adelbertus de Perge. Pabo de Slvonice. Liuotolduse de Pleie filius comitis. Walchvon de Machlanth. Adelbertus de Steine. Engilhardus de Lvotenbach. Pabo de Zollingen. Gotefridus de Erlungeshouen et miles eius helenwicus, Purchardus filius ovdalrici de lapide. Adelbero de Mozzingen. Adelbero de Purchartshorf.*

*chartſtorf. Adelbero de Chvonringen. Wernharduſ de Lanzendorf. Heinricuſ de Miſtelbach. Wernharduſ de Rabenſtein. Kadelhoch de Aſparne. Tiemo de Alrſpach. Adeluolch de Weſenaer. Arnolduſ de ſigenhouen. Wernheruſ de Richereſvelt. Fridericuſ ciuiſ Ratiſpone et priuignuſ eiuſ Heinricuſ. Gotefriduſ thelonearіuſ. Engilbertuſ pincerna ducis. Cuonraduſ de Livoderſheim. Hartmvoth de Walheſvelt.* et alij complures. Vt autem haec omnia aeuo ſint rata et inviolata. atque inconuulſa ſemper maneant. hanc inde paginam conſcribi. et ſigilli noſtri impreſſione iuſſimuſ inſigniri. Super haec omnibuſ intimamuſ et memoriae cunctorum commendare uolumuſ quod omnia quae a miniſterialibuſ noſtriſ de habecheſperch predicto loco et ſepe dicendo donata ſunt. in mancipijſ. in predijſ uel quibuſlibet boniſ firma eſſe concedimuſ. et deincepſ. nullo modo infeſtare nolumuſ. immo omnibuſ qui illuc aliqua de poſſeſſionibuſ ſuiſ conferre uoluerint quomodocumque habeant. uel ex hereditate uel noſtri largitione. deo largitori bonorum omnium gratiaſ agimuſ et tanto gratioreſ erga illoſ ſemper erimuſ.

Data Windopoli manu duciſ auſtrie Heinrici. iiii. (*quarto*) Kalendas Aprilis Indictione vii. Incarnationiſ dominicae Anno M°. c°. L. viiii Regnante glorioſo rege Friderico. Anno imperij eiuſ quinto.

Annuit hiſ omnibuſ Theodora uxor domini Heinrici duciſ auſtriae de grecia. et ut ipſe conceſſit ſic illa fieri permiſit feliciter *Amen.*

## Num. V. *Protectorium Henrici, ducis Austriae anno* 1162.

H. (Henricus) dei gratia dux auſtriae. C. H. A. et fratri eius A. omnibusque ſuis gratiam et bonae voluntatis perseuerantiam. Quod inuaſiones rerum eccleſiaſticarum uirga correptionis et baculo exhortationis ſubmouere debeamus, lex diuina tradit et humana. Huius rei gratia ex dilectis dilectus adiit nos *abbas caſtellanus.* nouas et graues in uos qui ſignati eſtis ex nomine queri-

querimonias mouens. quippe qui quorundam fidelium noſtrorum beneficia tam noſtra quam dilectae coniugis noſtrae largitate ad cenobium cui ille preſidet ſollempniter tradita tanquam per nos et pro nobis agentes eidem loco alienare iniuſta exactione temptaſtis. mancipia quoque eccleſiae indebitis penis affeciſtis. pro eo itaque praeſentia ſcripta nobis quidem intimanda abbati uero in teſtimonium reſeruanda ſub ſigillo donauimus per haec nobis uniuerſique temporis hominibus ſignificantes optare nos in bono opere non mutari, et ideo rata et inconuulſa conſtare omnia quae caſtellenſi monaſterio diuino admonitu et contulimus et conferre adhuc in uotis habemus. Et quia iuſtitia eſt ſua cuique tribuere iniuſtitia uero aliena uſurpare. ſub interminatione gratiae noſtrae nobis denunciamus ne res ſepe dicti monaſterii per nos traditas ſiue in beneficiis ſeu in mancipiis deinceps peruadere preſumatis. immo de illicitis auſibus integra compoſitione prefato abbati et fratribus eius concurratis. Si quis autem haec neglexerit. tam deo quam nobis obnoxium ſe nouerit.

Data *Windopoli* iiij. Nonas Aprilis. Indictione x. Anno Domini milleſimo c. LX. ij.

Cum Sig. laceo.

## Num. VI. *Protectorium Friderici I. Imperatoris anno* 1165.

C. In nomine Sancte et indiuidue trinitatis *Fridericus* Diuina fauente clementia romanorum impe*r*ator auguſtus. Ratio ſuadet et iuſtitia exigit. ut ad protectionem et defenſionem eccleſiarum dei quae per imperium noſtrum longe lateque conſtitutae ſunt. gratiae noſtrae ſolacium extendamus, maxime quidem ad illas a quibus orationum ſuffragia die ac nocte percipimus. et ſi in tabernaculo dei offerentes aliquid ſuper erogauerimus. ab illo

illo uero Samaritano cum redierit. nobis in centuplum esse reddendum speramus et credimus. Ea propter cognoscant uniuersi fideles imperii per theutonicum imperium constituti presentes et futuri. quod nos intuitu diuinae retributionis et pro nostra omniumque parentum nostrorum salute. dilectum nostrum *Geboldum*, uenerabilem *abbatem castellensem* totamque eius ecclesiam monachos et fratres ibidem deo servientes. familiam et omnia bona predicto monasterio iuste pertinentia. illa videlicet quae dilectus patruus noster Heinricus dux austriae prefato monasterio libere contulit. et nominatim bona uillae quae *alerspach* vulgo dicitur et quecunque nunc habet uel in posterum deo iuuante rationabiliter acquirere poterit sub nostram imperialem tuicionem ac defensionem suscepimus. Inde est quod nostra imperiali auctoritate statuentes praecipimus. ut nullus de cetero episcopus nulla secularis persona uel ecclesiastica prefatum abbatem uel eius fratres siue bona eis pertinentia occasione alicuius potestatis uel iustitiae uiolenter aut iniuste. molestare. grauare. uel inquietare presumat. Si quis autem hoc nostrum preceptum ausu temerario infringere presumpserit auri libras xx. pro pena componat. dimidium fisco nostro. et dimidium predicto abbati et eius ecclesiae. sic tamen ut reum maiestatis nostre tamdiu esse se nouerit. donec predictam compositionem cum integritate persoluerit.

Signum Domini Frederici Romanorum Imperatoris Inuictissimi.



Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore augusto. Anno regni eius xxx9. Imperii vero xxviij°. Mense Julio. xv. Kalendas Augusti.

## Num. IX. *Donatio et traditio domus per Salmanum. Anno* 1189.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Otto dei gratia ehſtetenſium epiſcopus. Cum officii noſtri ratio poſtulat. in his que coram nobis rationabiliter acta uel legitime ſtatuta ſunt. omni petenti ius proprium confirmare. iuſta petentibus annuimus. et plebi noſtre commoda pacis in poſterum prouidemus. Notificamus itaque tam poſteris quam preſentibus. qualiter *Fulcmarus* maioris eccleſiae noſtrae canonicus et noſter capellanus. domum ſuam propriam ſupra pontem ſitam. beato *Petro in Caſtel.* ac deo ibidem ſeruientibus. per manum delegatoris quem uulgo *Salman* nominant. legitima donatione contradidit. ea uidelicet iuris poſitione. ut eiusdem domatis poſſeſſores. in anniuerſario ipſius *Fulcmari* unicuique canonico maioris eccleſiae de tritico unum pulchrum panem apparent. et duas urnas uini ad diuidendum ſingulis in communi tradant. Hanc igitur legitimam donationem ne aliquis temerarius in poſterum infringere uel permutare preſumat. banno noſtro confirmauimus. et preſenti manuſcripto ſigilli noſtri impreſsione inſignito corroborauimus. Huic autem actioni teſtes interfuerunt. eccleſiae perſonae. *major prepoſitus. Cunradus. Otto major decanus. Albertus magiſter ſcolarum. Humpertus archypresbiter. Hilſungus cuſtos. Marquardus cellerarius.* canonici. *Dietmarus. Eberhardus. Hermannus. Berhtoldus. Reinoldus. Megenwardus. Goteſcalcus.* laici liberi homines. *Albertus de talmazzingen. Adelo et Cano Miniſteriales. Reinboto. Hartwicus dapifer.* et filius eius Vlricus. *Heinricus de Wolueſbuch. Merbodo de phunzen-*

*ten. Vlricus et Reinboto de Eminndorf. Heinricus de Paffenhouen. Cunradus et Albertus de ponte. Rudigerus de Affental. Cunradus nogir. Cuno de glappenberg. Arnoldus de nazzenvels. Albertus de Egewile. Gebehardus de Wellenheim. Rudigerus de amelbruh. Heinricus. Dietmarus. Reinboto de houeſted. Berhtoldus. et filius eius Heinricus de Fridebrehteſhouen. Wihboto et Heinricus de Suverſheim. Sibote de Muwenheim. Cunradus et Gozwinus de Oberneihſtede.* Acta uero ſunt hec Anno Domini m°. c. lxxx. viiij. Indictione viii. vniuerſalis eccleſiae pontificatum adminiſtrante. Clemente tertio. Imperatore Friderico. cum expeditione aduerſus paganos profecto. filio eius heinrico imperii gubernacula moderante. Cunrado archypreſule Moguntinae aeccleſiae preſidente. Noſtri etiam eqiſcopatus anno viij. feliciter. Amen.

(L. S.)

## Num. X. *Protectorium Caesaris Friderici II. anno* 1219.

C. In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. *Fridericus ſecundus* diuina fauente clementia Romanorum Rex et ſemper auguſtvs et Rex Sicilie. Si locis deo dicatis prodeſſe et perſonas religioſas in ſuis iuſtis deſideriis exaudire curabimus. ei per quem regnamus deuocionem noſtram ſtrictam efficimus et acceptam. et ad vtriusque vite felicitatem id nobis non ambigimus profuturum. Qua propter vniuerſis imperii fidelibus preſentis aetatis et poſteritatis ſucceſſiue duximus declarandum. quod nos aeterne retributionis intuitu ad inſtantiam quoque et ſupplicationem dilecti fidelis noſtri *Gebahardi abbatis* recepimus in noſtram et imperii ſpecialem defenſionem *monaſterium Caſtellenſe* ſitum in Epiſcopatu Euſtedenſi cum omnibus poſſeſſionibus ſuis longe vel prope conſtitutis. et cum vniuerſis mancipiis vtriusque ſexus ad ipſum locum pertinentibus. confirmantes eidem monaſterio quecumque oblatione fidelium ſeu alio iuſto acquiſitionis tytulo in preſentiarum tenet et poſſidet

uel

usi in antea domino concedente poterit adipisci. De habuna dantiori quoque beneuolentia et gratia qua idem monasterium amplectimur concedimus sibi ac in perpetuum nos et omnes successores nostros promittimus obseruaturos. quod aduocatiam ipsius monasterii omni tempore ad manus nostras retinebimus. nec de ipsa in parte vel in toto aliquid cuiquam infeudabimus vel obligabimus seu aliquo modo alienabimus et ad Comedum abbatis et fratrum deo ibidem famulantium sicud vidimus in priuilegio *Innocentii P. P. secundi* expressius continetur dabimus ipsi monasterio ad petitionem fratrum et constituemus aduocatum. qui pro tempore vice nostra fretus. bona ipsius deforis et intus manuteneat et defendat et omnem fratrum iniuriam ad se per querimoniam delatam debita vlciscatur seueritate. Si vero aliquis aduocatorum monasterio inutilis abbati quoque et fratribus grauis et incommodus extiterit. hunc quam primum super hiis per fratres fuerimus certificati. ab administratione aduocatie decernimus remouendum et alium qui idoneus et utilis fuerit loco illius substituendum. Statuimus igitur et sub pena gratie nostre districte precipimus. vt nullus sit qui ipsum monasterium et fratres super premissis impedire audeat aut dampnum ipsis irrogare. quod qui fecerit. *omnipotentis* dei iram. et nostre majestatis grauem offensam se nouerit incursurum. Ad cuius rei certam imperpetuum euidentiam. presens priuilegium conscriptum munimine Siggilli nostri iussimus coroborari. Hvius rei testes sunt. *Ebirhardus Saloburgensis Archiepiscopus. Otto Erbipolensis Episcopus. Vlricus Patauiensis Episcopus. Bernhardus dux Karinthie. Hermannus Marchio de Badin Comes Hartmannus de Wirtemberc. Henricus Marchio de Berge. Comes Adolfus de Schouinburc. Reinaldus dux Spoleti. Waltherus de Langinberc. Swigerus de Mindilberc. Berngerus pincerna de Schipsen.* et alii quam plures.

Signum domini friderici secundi inuictissimi Romanorum Regis et semper augusti et Regis Sicilie.



Ego *Chunradus* Metensis et Spirensis Episcopus imperialis aule Cancellarius. vice domini Sifridi Maguntini Archicpiscopi et tocius germanie Archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo nono decimo. Regnante domino Friderico secundo Romanorum et rege Sicilye glorioso Anno regni eius septimo. Datum apud Erbipolim. Non. Kaln. Junii. Indictione septima.

## Num. XI. *Fundatio Anniversarii, facta ab Abbate Wernhardo ex bonis ab ipso comparatis. anno* 1231.

In nomine domini amen. Vniuersis Christi Fidelibus hanc paginam inspicientibus. Wernhardus dei gratia Abbas Castellensis, salutem in vero salutarj: Cum dispositio siue institucio modernorum super gestis seu contractibus de successorum madida labatur memoria. Ideo quae a plerisque geruntur in tempore. ne qualivis negligentia, aut per obliuionem presumptuosam. labantur cum tempore. tractatus quilibet. testimonio litterarum sollertius coroboratur. Noverint igitur vniuersi. ad quos cedula huius scriptum deuenerit. quod ego Wernhardus dei gratia Abbas Castellensis. predia quedam. vnum scilicet in Mäntla. soluens tres solidos. secundum vero in Lowterhouen. soluens quinque solidos. tercium vero in Eiringiffelt. soluens talentum

Quartum

Quartum quod in Rüezenfelt. persoluens. septem solidos labore eximio sumptuque primo fideliter coemi et contrauj. hiisque ecclesiam sancti petri ditauj. et fratres inhabitantes inbeneficiauj: Igitur cum fratrvm cõsensuj placuisset nostreque liberalitatis humilitatj. predium in Mantela soluens iii. solidos prediumque in Lovterhouen. soluens v. solidos. Altari sanctj Paulj et sancti Seruatij noue capelle. omniumque sanctorum deuotionj condonauj. ea scilicet conditione. vt in Octaua omnivm Sanctorum in predicta capella. missa de ipsis sicut in die ipsorum. festiue a conuentu celebretur. Relique hore a cantore prouideantur. et ut fratres per censum predictum. ipsa die in Refectorio ferculis habundantibus uberius reficiantur providi etiam statuendo. ut in die annuo depositionis mee. cum talento quod soluit predium in Eiringsfelt. fratribus in Refectorio largius seruiatur. de predio vero Rüezenfelt. quod persoluit. vii. solidos. sic ordinauj. vt in Octaua apostolorum. P. et P. cum tribus solidis. pietancia fratribus exhibeatur de reliquo sexaginta denarij quibus lumen noue capelle administretur. Custodie committantur sagacitatj residui vero sexaginta denarij. ab Elemosinario in die omnivm animarum. lx^a. pauperibus distribuantur. Siquidem quam cuncta que sub sole fiunt uicissitudine temporum transeunt. ea propter ista que a nobis sollempniter et fideliter sunt facta. in generatione hac et altera. firma et rata seruari uolentes. presentiumque et posterorum utilitatj prospicientes. presentis scripti paginam. nostri ecclesieque sigillo. dignum duximus confirmarj. Acta sunt hec. Anno Domini Incarnationis Millesimo. cc^o. xxxi^o. Indictione. quarta.

## Num. XII. *Protectorium Gregorii Papae IX. anno* 1235.

*GREGORIUS EPISCOPUS* seruus seruorum dei dilectis filiis Abbati monasterii castellensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis. In perpetuum. Pie postulationis ordo expostulat ut iustis petitionibus libentes impertiamur assensum. Proinde dilecti in domino filii uestris iustis postula-

postulationibus clementer annuimus, aut castellense Monasterium a quondam nobilibus viris Beringero et Friderico ac filio eius, Ottone, nec non Luitgarda comitissa fundatum in allodio suo et beato Petro ab eis oblatum in quo diuino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Paschalis et Innocentii secundi Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus uocabulis exprimenda. Locum, ipsum in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis in *Luoiterhouen**), in *Phaphenhouen*, in *Jelswanc***), et in *Furhenriet* ecclesias cum omnibus pertinentijs suis et omnes alias ecclesias que in earum ambitu continentur. Nichilominus, inhibentes ut supradictis ecclesijs nostris, siue aliis a nobis in antea construendis nullus preter assensum Abbatis et conuentus ipsius Monasterii preponatur. Abbas uero qui pro tempore fuerit in prefato Monasterio cum fratribus suis, Aduocatum sibi quem utiliorem prouiderit instituat qui si post modum Monasterio inutilis fuerit, et fratribus grauis, remoto eo alium preficere possit. Sane noualium uestrorum que propriis manibus uel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit

sine

*) *Lauterhouen.* Villae Parochia S. Michaelis ad Decanatum ruralem Altdorff, et ius praesentandi Abbati in Castello appertinebat. V. J. H. *de Falckenstein* Cod. diplom. Antiquit. Nordgav. (Frf. et Lips. 1733.) fol. pag. 192. not. a. b.

**) *Elswang.* Est villa cum Parochia S. Viti, quae ad Decanatum ruralem Altdorffensem olim pertinuit, ius praesentandi autem competebat Abbati in Castello.

suo de uestrorum animalium nutrimentis, nullus á uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et absolutos á seculo fugientes, ad conuersionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere. discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale terre fuerit interdictum, liceat uobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare. dum modo causam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordinationes fuerint promouendi, á diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit, et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem. qui nostra fretus auctoritate uobis quod postulatur impendat. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiscopis Episcopis Archidiaconis seu diaconis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibus personis á uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati se illic sepeliri, deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti, aut publice usurarij sint nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum á quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum uestrarum spectantes que a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorumdem, et ad ecclesias ad quas pertinent reuocandi, libera sit uobis de nostra auctoritate facultas: Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Ad indicium autem huius percepte á sede apostolica

lica libertatis, tres auri Bizantios expleto triennio nobis nostrisque successoribus persoluetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et á sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen, Amen.

Ego Gregorius Catholice ecclesie Episcopus. sbt.



*Ego Thomas tit. sce. Sabine pbr. card. s.*

*Ego Johannes sabinensis Eps. s.*

*Ego Ramerius sce. Marie in Cosmedin Diaconus cardinalis s.*

*Ego Guifredus tit. Scti. Marci pbr. card. s.*

*Ego Jacob. Tusculan. Eps. s.*

*Ego Egidius scorum. cosme et damiani diac. cardinalis s.*

*Ego Sinibaldus tit. sci. laur. in lucina pbr. card. s.*

*Ego Rainaldus ostien. et velletren. Eps.*

*Ego petrus sci. georgii ad velum aureum diacon. card. ppp.*

*Ego otto sci. Nicholai in carcere tull'. diaconus card. s.*

Dat. Perusij per manum fris. Joseph. ordinis floren. Notarij dompni *Gregorii pp.* noni. XI. Kal. Juny. indict. VIII. Incarnationis. dnice. anno. M°. CC°. XXXV. Pontificatus uero eidem. dopmni Gregorii. Anno nono.

## Num. XIII. *Ulricus de Kunigestein advocatiam suam super predio in Wurmertsche Castellensi ecclesiae delegat. ao.* 1252.

In nomine domini Amen. Quum preteritarum rerum traditiones. nisi priuilegiorum Litteris. in monimentum succesſorem conſeruentur — a memoria hominum tum propter malitiam. tum etiam propter inertiam ſepiſſime labuntur. et que pro dei amore acta ſunt in irritum. reuocantur. idcirco omnibus tam preſentis quam ſucceſſuri temporis fidelibus. hoc ſcripto dignum eſt ſignificari. qualiter ego. *Vlricus dictus de Kunigeſtein.* ad inſtantiam domini *Chunonis Abbatis* Caſtellenſis. pro remedio anime. et meorum progenitorum. Aduocatiam meam. ſuper predio in *Wurmeriſche.**) Caſtellenſi eccleſie. et fratribus mihi deo ſeruientibus

*) Wahrscheinlich *Wurmrausch* bey Fürnrieth im Landg. Sulzbach, da die Familie *von Königstein* ehemals eine Landsassische Familie in dem gedachten Landgerichte war.

tibus cum omni iure quod habere uidebar. perpetuo ratum habiturus, ad manus dicti Abbatis contradidi. et coram multis delegaui. maxime ductus eo dilectionis feruore. quod iam dictum predium. a patre meo felicis memorie. et a me eidem ecclesie traditum fuerat. et iam diu quiete possederant. huius rei testes sunt, et huius tradicionis a me facte in *Sulzpach. Albertus de fradenberch.* et *Rupertus frater* suus. *Albertus iunior de Rugerstorf. Chunradus plebanus de Sulzpah. Otto plebanus de Luterhoven.* Ipse Abbas castellensis et suus capellanus. *Dipoldus de Aicha. fridericus de Haigental* et alii quam plures. Hanc traditionem a me factam coram multis in Sulzpah per istas litteras protestari volui. et sigillo proprio corroborari; Acta sunt hec. Anno dominj. M°. cc°. Lij°. Quarta Kalend. Septembris feliciter. Amen.

(Appendet Sigillum Ulrici de Kunigenstein.)

## Num. XIV. *Litterae Waltheri pincernae de Chlingenburch super advocatia in praediis Wurmrisch et Dicolsperg de ao.* 1253.

*W*altherus dei gratia pincerna dictus *de Chlingenburch.**) Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in uero

*) Dieser *Walther von Klingenburg* kommt in mehrern Urkunden aus jener Zeitperiode vor, besonders auch als Zeuge.*) Er war ein *Schenk von Reicheneck* und wohnte auf der Klingenburg. Wo dieses gelegen, darüber sind die Meinungen getheilt.

*Andreas Würfel* in seinen historischen genealogischen und diplomatischen *Nachrichten zur Erläuterung der Nürnbergischen Stadt und Adelsgeschichte.* 8. Bd. 1. S. 116. und nach ihm: *J. L. Martini* in seiner historischen geographischen *Beschreibung des* ehemaligen berühmten *Frauenklosters Engelthal* in dem Nürnbergischen Gebiet. Nbg. (1798. 8.) S. 8. nehmen an, dass es das Bergschloss Klingenburg oder Klingenberg gewesen, da, wo man von dem Klingenhof nach Offenhausen gehen will, am

*) S. Infeudationem Conradi de Essevels cum Castro Sigenstein d. d. 4. Nov. 1282. in *Riedii* Cod. dipl. Episc. Ratisb. T. I. p. 585. et ibid. pag. 723. als Bürge im Jahre 1299.

vero fidelium saluatore. Quoniam ea que modernis temporibus aguntur negocia. quamuis per prudentum virorum promoueantur consilia decet et est necessarium scripture testimonio commendare que consuevit volubilitas temporis immutare. Qua propter nos et liberi nostri notum esse uolumus uniuersis presentem cedulam inspecturis qualiter aduocaciam super predio in *Wurmrisch.* quam etiam dominus *Chuno Abbas Castellensis* a socero nostro domino *Vlrico* dicto *de Richeneke* bone memorie redemerat. et aduocaciam in *Dicolsperg* nobis attinentem. Sancto Petro et conuentui Ecclesie Castellensis per manus domini *Chimonis Abbatis* qui supradictas aduocacias titulo emptionis pro XIIcim. talentis denariorum Ratisponensis monete aput nos comparauit. sollempniter delegauimus. cum omni iure quod in eisdem aduocaciis habere uidebamur. Vt autem hec

que

---

Berg, den man den Gisübel zu nennen pflegt; einige Stunden entfernt von *Reicheneck.* *S. W. Oetter* hingegen behauptet in seinen *kurzen historischen Nachrichten von dem Ursprung und von dem Wappen der Schenken, welche zu Reisheneck im Nürnbergischen gewohnt haben*, seiner *Wappenbelustigungen* St. VI. S. 3 u. f., dass Klingenburg das vormalige Churmainzische Städtchen Klingenburg unter Aschaffenburg sey; theils weil in der Nähe *Bratfelden* liege, von dem er sich ebenfalls öfters geschrieben habe; theils weil in des *Gudeni* Cod. diplom. Tom. IV. p. 930. eine Urkunde vorkomme, in welcher steht: „Nos Guda Domina de Clingenburg — — in ciuitate nostra Clingenburg." Allein, es ist noch lange nicht erwiesen, ob unter diesem Clingenburg das churmainzische Städtchen verstanden werden müsse und dasselbe damals schon sein diplomatisches Daseyn hatte. Dass der Walter auch im Nürnbergischen begütert gewesen, thut Oetter selbst dar. Wenn derselbe aber behauptet, der Walter pincerna de Clingenburg sey zwar nobilis conditionis gewesen, er sey aber dessen ungeachtet nicht dafür gehalten worden: so wird seine Behauptung durch die vorliegende Urkunde bestens widerlegt. Wären, wie Oetter meint, die Ministeriales Imperii durch die Bank in eine Klasse, nämlich in Ordinem militarem gesetzt gewesen: so hätte sich Walter nicht dei gratia schreiben können, noch dürfen; obschon er auch kein privilegirter Zusatz ausschlüssig für Landesherren war.

que per nos facta sunt in uigore debite firmitatis permaneant. et a liberis sive posteris nostris de cetero non ualeant immutari presentem cedulam conscribi fecimus. et sigilli nostri munime et domini Poponis de Henfenvelt corroborari. Huius rei testes sunt qui uiderunt et audierunt. *dominus Albertus de vrivdenberch. popo de Henfenvelt. Fridericus Dapifer. de Svlzpach. Vlricus aduocatus de Heintal, pernoldus. de Heintal. Otto de Eicha. Dipoldus frater suus. dominus Fridericus Judex de Hohenburch. Heinricus de Richgeringe. Gotfridus de Gerwigeshove* et alii quam plures. Acta sunt hec in foro Svlzpach. Anno Domini M.° cc°. L. iij. V. Kalendarum Augusti.

## Num. XV. *Litterae venditionis super praedio Alberti de Rugersdorf in Bettenhoven de ao.* 1256.

H.*) Scultetus et Vniuersitas Ciuium Nurembergensium. Ad notitiam Vniuersorum presentem paginam intuentium tenore presentium duximus perferendum. quod cum dominus *Albertus* dictus *de Rugersdorf.***) Monasterio sancti petri. totique conuentui de Castello. predium suum situm In *Bettenhoven.****) pro

*) Dieser Heinrich Scultetus Nurenberg. kommt von 1233 an öfters, doch immer ohne Geschlechtsnamen vor. Er wird muthmaſslich für einen Heinrich *von Stein* gehalten. S. *C. W. Fr. Stromers von Reichenbach* Geschichte und Gerechtsame des Reichsschultheisenamts zu Nürnberg aus Urkunden erläutert nebst einem vollständigen Verzeichnisse der Reichsschultheisen und ihrer Amtsverweser. Mit e. Kupfl. (Nürnberg 1787. gr. 8.) S. 68.

**) Dieser Albrecht von Rückersdorf übergab den Büsserinnen Marien Magdalenen Ordens bey Nürnberg seinen Hof zu Rüsselbach für ein Seelgeräth 20. 1255. S. *Andr. Würfels* histor. genealog. u. diplomatische Nachrichten zur Erläuterung der Nürnb. Stadt- u. Adelsgeschichte, (Nürnberg 1767. 8.) Bd. II. S. 817 u. 818.

***) *Pettenhofen*, Pattenhofen, Partenhofen, auch Petershofen ein über der Schwarzach bey der Affaltenbacher Kapelle gelegener Wei-

pro quadam pecunie ſumma uendidiſſet. per iuramentum oſtendens predicta bona fideicommiſſarios non habere. ipſis manu propria delegatoria de conſenſu et bona uoluntate matris ſue. fratrum. et aliorum coheredum ſuorum memoratum predium libere contulit in perpetuum poſſidendum. Cuiuſ Rei teſtes ſunt. Ego Heinricus Scultetus memoratus. Cunradus dictus Ratzhart. Hermannus gener ſuus. ſcabini. *Vlricus de Laufenholz. Heinricus frater ſuus.*) *Volcnanduſ de Rugerſtorf.***) Milites. Gotfridus frater eius. Heinricus dictus Swertman. Hermanus dictus Zwiuel. et alii quam plures. Acta ſunt Hec Anno domini M°. cc°. Lvj. In octaua Fabiani et Sebaſtiani martirum. XIIII Indictione. Et ne quis in poſterum per eiuſ inprobitatem contractum huiuſmodi ualeat infirmare, preſentem paginam conſcribi ſibi procurauimus. ſigilli mei ſculteti munimine roboratam.

(Appendet Sigillum Sculteti.)

Num. XVI.

---

Weiler im dermahligen Königl. Landgerichte Altdorf. Auf dieſen Weiler iſt in dem grossen Frais-Proceſs zwiſchen Brandenburg und Nürnberg, gedachter Reichsstadt die fraisliche Obrigkeit in dem Urthel von 1583 zuerkannt worden. S. *Geo. Andr. Wills Geschichte und Beschreibung der Nürnbergischen Landstadt Altdorf.* (Altd. 1796. 8.) S. 121 u. 122.

*) Die Brüder Ulrich und Heinrich de Laufenholz waren aus dem Fränkischen Geschlechte der *von Laufenholz*, welches unter andern *Pörgles* oder *die Unterbürg* bey Nürnberg mit der ganzen umliegenden Gegend beſaſs; daher auch noch *ein Dorf*, eine Viertelstunde oberhalb Mögelsdorf, mit einer Forsthub, den Namen *Laufenholz* führt. S. *Biedermanns* Geschlechtsregister des Ritterorts Steigerwald, Tab. 225. *G. A. Wills* Nürnbergische Münzbelustigungen. Th. IV. S. 224 u. f. und *(Truckenbrods)* Nachrichten zur Geschichte der Stadt Nürnberg (Nürnb. 1786. 8.) Bd. II. S. 141.

**) Volcnandus de Rugerstörf; eigentlich *von Rückersdorf.* Noch jetzt führt noch *ein* grosses *Dorf*, durch welches ſich die Landstrasse von Nürnberg über Lauf, Herspruck etc. nach Sulzbach und Amberg ziehet, und wo auch eine Poststation iſt, diesen Namen. S. (Truckenbrods) Nachrichten a. a. O. S. 137.

## Num. XVI. *Renunciatio Heroldi Abbatis de Einstorph omni iure, in curia Ymsteten de ao.* 1262.

*Heroldus* dei gratia Abbas *de Einſtorph* omnibus hanc literam inſpecturis Salutem in domino Quia mortalium ordinatio mutabilitate temporis que ſepe iuſtitie novercatur indebite poterit immutarj quam non ſubſequitur confirmationis perhennjtas Litterarum Hinc inde notum eſſe volumus Vniuerſis quod terminata cauſa que pro curja in Ymſteten verſabatur inter eccleſiam Caſtelenſem ex vna parte et noſtram eccleſiam ex altera parte ſecundum ordinationem arbitrorum videlicet domini *Hermanni Abbatis de Vra* et *Heinrici militis de Reikinchen* pro domino R. *Abbate de Caſtello.* et domini *Wernerj plebanj de Paphenhoven* et *Ottonjs militis de Navecken* ex parte noſtra ad arbitrium conſtitutorum et domini *Ottonis plebani de Lutterhoven* qui ſuper hos extitit concordantie mediator omni iuri quod habuimus in predicta curia *Ymſteten* ex vnanjmi conſenſu totius noſtri conventus omnimodis renunciaujmus et ex toto. et ad hujus rei certitudinjs firmamentum preſentes litteras Sigillo noſtro et Sigillo eccleſie noſtre dedimus communitas. Acta ſunt hec in Caſtello preſentē domino Mavricio. Abbate ſancti Egydij in Nvreberch. Anno domini. M°. cc°. Lxij. In Vigilia Sancti Vitj Marthyrjs.

## Num. XVII. *Litterae permutationis super bonis quibusdam in Dytolsperg pro decima in Nuenhoven de ao.* 1278.

Que geruntur Intempore Ne temporiseffluente articulo facilius elabantur litterali Apice nec non teſtium ſubſcriptione ſolent firmius roborari. Notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris quod Rudegerus dictus *Raptaſchg* bona quedam In *dytolsperg* iacentia Eccleſie beati petri In caſtello donauit, omni Jure hereditario ad hec habito reſignato, Nos uero *Fridricus* dei gratia

*abbas* totusque conuentus eiusdem ecclesie predicto. R. econuerso decimam In Nuenhoven ad dies uite sue contulimus de qua nobis quatuor mensuras scilicet duas siliginis et duas avene nisi grandine occupetur. anno singulo ministrabit, procuratio siquidem dicte decime ad duas sorores suas in nostro monasterio prebendatas spectare nullo prepediente diebus fratris earundem prefati plenius profitemur. Ipso quoque viam uniuerse carnis ingresso dicta bona In *dytolsperg* ad anniuersarium dicti. R. peragendum deputabuntur ut inde conuentui ipso die largius ministretur. Colonus quoque super dictis bonis residens non ammoueatur quam diu dederit reditus annuales sed permittatur absque omni steura et vectura nemoraria ipsis libere presidero. In hujus etenim gesti testimonium et ut a posteris nostris ratum habeatur presenti cedule sigilla nostra duximus apponenda. Datum et actum apud Castel anno domini Millesimo. ducentesimo, septuagesimo. viij septimo Kalendarum septembris.

## Num. XVIII. *Litterae traditionis super praedio quodam in Volratesdorf s. a.*

Cum res ecclesiarum tam ex diuinis quam humanis legibus firmitatis iura optinere noscantur. tradito nobis per gratiam uestram priuilegio quo locum nostrum. nosmet. et omnia nobis pertinentia maiestate imperiali tuenda suscepistis innitimur. ac proinde non solum collata. sed et conferenda nobis bona firma constare auctoritate vestra supplices exoramus. Vnde pietas vestra nosse dignetur et simul omnis fidelium cetus intelligat. quomodo miles quidam *Sigboto houetstoc* cognominatus. et ad locum crucis ire paratus. rerum suarum participes nos esse uoluit. Tradidit namque ad monasterium nostrum Kastel per manum cuiusdam *Cunradi de Chunebrehtesbrucke* predium suum in uico *volratesdorf* dicto situm astantibus illic et astipulantibus cognatis et amicis. anime corporisque sui salutem in hac donatione reponens. Acceptis deinde a nobis uiginti libris examinati argenti. et decem talentis. aliud predium maioris estimationis in eodem uico situm nobis oppignorauit. legatarium suum *Wicnandum* in prom-

pta

